Manoscritti
Conventi
G
III
1130

CS1 G 3.1130







Conv. Soppr.
G.3.1130

curus et gaudēs ne n i o . ro te

i ta ut et tu exultās ſu ſcapias

me. Vt. ra uit ſanctus

andreas dū reſpi ceret ce li

de po ni quia uirtutem

ſancte cru cis a gno ui.

u es magiſter meus xpiſte quē

dilexi quē cognoui quē cōfeſſus ſu

tãtum modo in ista voce exaudi-

me. Alle. Expandi manus

me as te tadoi e in tcra

uoce magna clama uit et di

xit tues deus me[illegible]s quē uidiſſe

opus p̄ bonū

me pa ti a ris ab impio iudice

H. 1130.G.3.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE
Mss

Isti libri continentur in volumine presenti.

Primo Mistica theologia Sapiencia unitiva de deo. primo.
Item Itinerariū Bonaventure Cardinalis. xxv.
Itē Epistola de morte petri damiani Cardinalis. xxvi.
Item Regula Sancti Basilii Cesariensis Episcopi ad heremitas. xxvii.
Itē Regula eiusdem Sancti Basilii Epi Ad monachos Conventuales. xxxii.
Item Regula Sancti Augustini yponensis Episcopi. xxxv.
Itē Regula Sancti Jeronimi doctoris Ad Eustochium. xxxvii.
Itē primus liber Sancti Ambrosii mediolanensis Epi de virginitate. xlii.
Itē Secundus liber eiusdem Sci Ambrosii Epi de virginitate. xlv.
Itē Tertius liber Sancti Ambrosii Epi de virginitate. xlvi.
Itē Quartus liber Sancti Ambrosii Epi de virginitate. xlviii.
Item liber Sancti Ambrosii Epi de viduitate. li.
Itē liber Sci Ambrosii Epi de lapsu cuiusdā virginis. lv.
Item liber Sci Jeronimi doctoris Ad Amicū egrotum. lvii.
Itē liber Amonicionis Sci Jeronimi Ad Beatam paulam. lix.
Itē liber Qui vocatur linea salutis heremitarum. lxii.
Itē liber meditacionū Sti Bnardi de passione dn̄i. lxxiii.
Itē liber Beati Bernardi de planctu virginis marie. lxxv.
Itē Sermones Sti Bnardi Et primo Sermo de Adventu dn̄i. lxxvii.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Adventu dn̄i. lxxviii.
Item Sermo Sti Bnardi de Vigilia Nativitatis xpi. lxxix.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Vigilia Nativitatis xpi. lxxx.
Item Sermo Sti Bnardi In die Nativitatis dn̄i nr̄i ihū xpi. lxxxii.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi In die Nativitatis dn̄i. lxxxiii.
Item Sermo Sti Bnardi de Circumcisione dn̄i nr̄i ihū xpi. lxxxiiii.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Circumcisione dn̄i. lxxxiiii.
Item Sermo Sti Bnardi In die Epiphanie dn̄i nr̄i ihū xpi. lxxxv.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Epiphania dn̄i. lxxxvi.
Item Sermo Sti Bnardi dn̄ica prima post octavam Epiphanie lxxxvii.
Itē Sermo Sti Bnardi de Conversione Sti pauli Apli. lxxxviii.
Item Sermo Sti Bnardi de purificatione Ste marie virginis lxxxix.
Itē Sermo Sti Bnardi In dn̄ica Septuagesime lxxxix.
Item Sermo Sti Bnardi In principio Quadragesime. xc.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Quadragesima. xci.
Item Sermo Sti Bnardi In die Sancti Benedicti Abbatis. xcii.
Itē Sermo Sti Bnardi de Annuntiatione Sancte marie virginis. xciii.
Itē Alius Sermo Sti Bnardi de Annuntiatione Ste marie. xciiii.
Item Sermo Sti Bnardi In dn̄ica olivarum. xcv.
Itē Sermo Sti Bnardi feria Quarta de passione dn̄i. xcvi.
Itē Sermo Sti Bnardi In Cena dn̄i de ablutione pedum. xcvi.
Item liber Sancti Ambrosii de Ieiunio. xcvii.
Itē liber Sancti Ambrosii Epi de penitentia. Ci.
Itē liber Qui vocatur Speculū amoris. Ciii.
Item Epistola Beati Bnardi Ad fr̄es Cartusie de amore dei. Cxvi.

In nomine ihu xpi nazareni crucifixi :-

Pns tractatus fuit compilatus a quodam magro theologico ordinis Cartusiensium :
Incipit Theosophia mistica sapientia unitiua : Beatus. bruno. ordinis. Cartusiensium :-
.bruno.

Vie sion lugent eo quod non sit qui uadat ad solempnitatem. dicit ubi
hoc dixerit Ieremias propheta captiuitatem populi sui incessanter deplo
rans tamen hoc potest speculator quisque intelligens exclamare ta
tam captiuitatem animarum tantam declinacionem a semitis iustitie
et a uia equitatis in mundo uniuerso discernens. Vie enim dicuntur
amantium desideria animarum quibus ad deum et ad supernam ciuitatem ierusalem
super omnem naturam et intellectum etiam habitantes in terreno corpore suble
uantur que quidem lugere dicuntur. eo quod non sit qui ad tantam solempnitatem aspiciat.
Et quod abiecta uera sapientia tam clerus quam populus mundanis desideriis uel
inutilibus curiositatibus se immergant. Sed quod multomagis est dolendum et cor
dis lacrimis incessabiliter lamentandum quod multi religiosi nunc etiam uiri fa
mosi reputati ueluti adam primus sibilitici relicto cultu creatoris sui ma
nu factis ydolis fuerunt. sic relicta uera sapientia qua solus deus perfecte interius
colitur et a solis amantibus adoratur diuersis scientiis et fabricatoribus mul
tiplicium argumentorum inuentionis quasi quibusdam ydolis se miserabiliter iecerunt
In quibus sic absorbentur diabolo instigante et sic mentes ipsorum in ipsis totaliter
possidentur ut uera sapientia in eis locum non inueniat. Nam in hac pessima occupa
tione quam deus dedit filiis hominum infeliciter captiuatur ita ut non sit respi
raculum quo suum creatorem anima per flamigeras amoris affectiones contingat
. non enim animam ad hoc creauerit ut quod sua generositatem multitudine quater
nor omnium pellium impleretur. sed ad hoc ut esset sedes sapientie et in ipsa rex pa
cificus ciuitatis superne scilicet deus altissimus resideret Sapientia enim hec que de
mistica theologia dicitur a paulo apostolo est edocta et a dyonisio ariopagita suo disci
pulo conscripta. quod idem est quod extensio animi ad deum per amoris desiderium
quantum distat ortus ab occidente omnem creatam scientiam incomparabiliter precedens
Nam alias scientias mundi doctores edocent sed hanc a solo deo immediate non
a mortali homine spiritus edocentur. Ista diuinis illuminationibus et distillationibus
celestibus scribitur in corde. Illa uero penna anseris et atramento scribitur in pelle
Ista dicit sufficit Nam per istam animus eterni inuenit. scilicet deum creatorem suum
et in ipso qui est fons totius beatitudinis immediate acquiescit. Alia uero nun
quam dicit sufficit nam iusto dei iudicio est ut qui non curando de summa sa
pientia a summa ueritate deuiat ueluti cecus in tenebris inuoluatur Et sic
per uana et deuia anima infatuata humanis inuentionibus insensata discurr
at. Item ista affectum inflammat intellectum illuminat Illa uero quam plurimos
inuenientis. Vera sapientia cor euacuatum inflat. quam plurimos uariis opinionibus
et diuisis intellectum obtenebrat. Capitulum 2m quod tres sunt uie que ducunt animam ad amorem dei.

Igitur relicta humana curiositate scientie inutilis argumentationum et
opinionum captiua religiosa anima per ascensionem ad fontem uiuum omnium
desiderando ascendit in quo solo reperiet ueritatem. et hanc inue
ta preciosa margarita libentissime probat conseruanda que ultima
le uel nunquam dilexit curiosius ceteris derelinquat. Sed quia hec summa sapi
entia non potest ab homine edoceri subditur quo quilibet quantumcumque laicus in scola dei
existens hanc sapientiam ab ipso mediante recipiat super omnem intellectum per amo
ris affectum qua nullus philosophus nullusque alius scolaris secularisque ma
gister nulla humana intelligentia quantumcumque studeat apprehendit. Triplex est
igitur uia ista ad deum. scilicet purgatiua qua mens ad ueram sapientiam adipiscendam
disponitur Secunda illuminatiua dicitur qua mens cogitando ad amoris inflam
mationem accenditur. 3a unitiua qua mens deum intellectum rationem et intelligentiam
a solo deo sursum acta dirigitur. nam sicut uidemus quod in pontibus istis dum fiunt
quod prius ligna supponuntur ut firmitas muri lapidei edificetur superius
et perfecto edificio iam ligna supposita abmouentur. Sic cum mens primo sit
in amore inperfecta post ad amoris perfectionem meditando consurgit et cum per
multum exercitium in amore unitiuo fuit confirmata et propter multus flam

Sacre Eremi
Camaldoli
I. C. [struck through]
O
IV—27

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE Mss

ingerens amoris affectiones sive aspirationes supra se ipsam creatoris scilicet
dextera sublevata citius quam cogitari possit sine omni cogitatione previa vel
comitante quotienscumque placet totiens vel millesies de die vel de noc-
te in deo efficitur ad ipsum solum possidendum inniabilibus desideriis aspirando
Sic enim quilibet novus discipulus ad perfectorum huius scientie gradum ascen-
dat ut primo in via purgativa que est via puerilis et incipientium studiosis-
sime se exerceant que incipit sic 3m capitulum

Iusticia et iudicium preparatio sedis eius tue postea autem per spacium modi-
ci temporis secundum quod divino supirradiante lumine sibi videbitur expedire
ad amorem cogitando consurgat. Quod si presumptuosum alicui videatur
scilicet quod anima involuta peccatis multiplicibus audeat a christo petere unionem in
se ipso cogitet nichil esse periculi dum primo osculatur pedes per peccatorum recordati-
onem 2o manum pro beneficiorum sibi collatorum recognicione. Tercio ascendat ad oscu-
lum oris ipsum solum desiderando et sibi soli affectibus flammigeris adherendo et sic
quod subsequenter videbitur dicendo orationem dominicam prout ipsam mente cogitando
consurgit ordinate in suo gradu ascendit. Quare se extendo secundum viam illam
que illuminativa dicitur que ibi incipit sic. Nox illuminatio mea in deliciis me-
is conscendit anima ad multo eminenciorem statum in quo etiam quotienscumque vult
sine aliqua cogitatione previa anima in deo inmediate afficitur quod ad plenum
non potest aliqua humana industria edoceri Sed extendo se per viam purgativam et il-
luminativam anima experimentabiliter percipit solo deo interius dirigente et docente
quod non potest ulla aliqua mortali vel eloquentia referri. Quod nec Aristoteles
nec plato nec aliquis mortalis aliqua philosophia potest nec potuit nec po-
terit intelligere quod solus amor edocet interius ut discat omnis racionalis anima
a summo doctore eterno acquirere scientiam in qua omnis racio et intellectus deficit et
affectus per amorem dispositus transcendet omnem humanam intelligentiam supernaturali
sola amoris unitivi regula ad ipsum qui est fons totius bonitatis spiritum
dirigentem. 4m capitulum Quo incipitur ipsius libri mistica et que sunt partes huius libri

Hec igitur est mistica theologia id est occultus sermo divinus quo mente arden-
te disposita linguis affectionum christum suum occulte dilectum alloquitur. In
huius mistico tractatu sic proceditur primo manifestatur via purgativa
in qua tria manifestantur primo quomodo anima purgari debeat Secundo qua
oratione gratie habundantia impetretur. Tercio quomodo peccatorum de sive peccatis plenam
indulgenciam consequatur. Secundo duo manifestantur primo de via illuminativa
subditur ubi primo edocetur quomodo mens usualiter per dominicam orationem meditando ad
amorem consurgat Secundo docetur in via illuminativa in exposicione orationis dominice
quomodo omnis scriptura anagogice totum referendo in deum spiritualiter exponatur Tercio
determinatur de via unitiva que incipit ibi O sapientia que de ore altissimi etc.
Ubi primo manifestatur quanta vite sublimitas et quanta virtutum consumatio per
misticam sapienciam ad hoc ut magis afficiat ipsis excellentibus acquiritur. Quod
si forte alicui legenti nimis difficile videatur tamen propter sue profunditatem tamen
propter verborum obscuritatem cum illud tangat tercia via quod est super omnem intellectum ex-
erceat se in via purgativa et in via illuminativa subsequente et statim intel-
liget et experietur in se ipso solo deo interius operante quidquid de tercia via in-
veniet in scripto vel audiet ab aliquo. Nam in hac sapientia est ut in se ipso pro-
percipiat experimentabiliter veritatem et deinde sinalem omnium librorum que ad mis-
ticam sapientiam pertinet in comparatione cuiuslibet doctrine facillimam iudicabit. Hec
enim sapientia in hoc differt ab omnibus aliis scienciis quia in hac oportet primo
usum habere in se ipso quam illa intelligere qua practica hic precedit theoricam
In aliis vero scienciis primo necesse est intelligere quam que adiscitur scientia habeatur.
Que inquantum a nobiliore doctore acquiritur in tantum possidetur clarius
ut in ipsa deo docente sit perfecior discipulus quam in aliqua liberalium arcium
sit perfecte intelligens vel etiam in arte mechanica bonus faber vel indus-
trius architector. Secundo hic accedite ad deum et illuminamini etc. docetur quomodo per
omnes creaturas tam superiores quam inferiores anima racionalis ad amorem
obtinendum perfecte instruitur. Tercio ipsius mistice theologie textus manifeste

exponitur in quo licet pauca sint verba tamen est quasi infinita sententia quo perfecte deo intellecto tam librorum beati Dionisii difficultates quam totius novi et veteris testamenti sensus mistici veritatis amantibus illucescunt Nam sicut ab uno fonte egrediuntur plures rivuli qui quasi in infinitos fluvios derivantur et sicut ab uno puncto essentiali quasi linee infinite procedunt sic intellectis paucis verbis que ibi exponuntur in quibus spiritus edocetur quo deo uniri debeat in suo supremo apice constitutus et ibi experimentabiliter totius sapientie originem Ex qua gustatione mens de inferioribus scientiis perlare intelligendis sacre scripture exponibus verbis ydoneis in predicatione ad inflammandum corda audientium fideles discipulos multipliciter et affluentissime erudiunt Quarto subduntur certe industrie in quibus anima ad acquirendum istam sapientiam et consuadendum humanam sagacitatem edocetur Ultimo contra aliquos scolasticos huiusmodi supremam sapientiam impugnantes et dicentes quod nunquam consurgit affectus nisi in premeditando et cogitando disputatio subditur in qua auctoritatibus et rationibus ipsorum error convincitur et huius sapientie veritas efficaciter enodatur quod sine media penitus distractione sed solo amoris velitudo super se ipsam quotienscumque vult experimentabiliter anima sublevatur quod nec ratio intelligit nec intellectus speculatur sed ibi dicitur gustate et videte. Quintum capitulum sive de via purgativa et ipsius prologus

Sequitur de via purgativa iusticia et iudicium preparatio sedis tue etc. Cum enim anima per mentis affectum ad perfectam sponsi celestis unionem premire desiderat necesse est quod in parte angelorum quo beati spiritus reficiuntur in gloria adhuc in miseria degens quibusdam mentis condetibus affectat sanari triplici officio angelorum quasi gradatim ascendendo in immissione divine influentie sublevetur. Cum enim dicat beatus dyonisius in ierarchia angelorum quod triplex sit angeli officium scilicet purgare illuminare et perficere ergo quod anima que vult ascendere ad illum altissimum in punctum in quo mentes angelice absorbentur in gloria velud eorum imitatrix primo purgetur secundo divinis fulgoribus illuminetur tercio quod in supremo affective apice constituta unitivi amoris culmine perficiatur primo igitur dicendum est de prima via purgativa que est quasi puerilis et incipientium per quam mens adhuc rudis disponitur sine mortalium hominum documento solum insistens doctrinis celestibus ut experimentabili quomodocumque sit simplex et laicus ad practicam non ad theoricam illuminatur divina miseratione nescio sublevetur. De via purgativa sive incipientium

Cupite enim quod illa sapientia que est deus benedictus in spiritu rationali velud in domo propria conquiescat secundum illud Anima iusti sedes est sapientie oportet quod de ipsa anima iusticia et iudicium fiat iudicium ut sicut se a creatore suo avertendo sicut fit in omni peccato mortali ipsum contempsit creatorem pro creatura lamentabiliter relinquendo sic ea humiliet totaliter ut humiliatio ipsius incipientis in tantum ipsius clementiam provocet nequam ipsius contemptus divinam sententiam contra se in peccatis anterioribus provocavit oportet etiam quod sit ibi iustitia ut illa anima que aliquando delectationem dei in delectationem creature peccans suis exigentibus commutavit quod in tantum doleat vel saltem se non dolere doleat ut divine iniurie secundum ipsius iudicium misericordius videatur secundum humanam iniuriam aliquatenus satisfecisse secundum illud Quantum glorificavit se et in deliciis fuit tantum vos incipientes date illi tormentum et luctum ut secundum regulam artis medicine per duo contraria scilicet per humilitatem contra pristinum contemptum per dolorem de peccatis contra pristinam delectationem quasi nascentes demum illi qui est summa maiestas et indeficiens bonitas per unitivum glutinum ardentissimi amoris univatur. Sextum capitulum quomodo dolor de peccatis et humiliatio acquiratur.

Dicendum est ergo quod humiliatio et dolor de peccatis quadam necessitate congruente acquiruntur Et licet hec via purgationis puerilis aliquibus videatur maxime respectu sequentium tamen nisi per istam mens divina circa divina negotiari attendere sollicita et attenta perficeat nunquam in presenti vita ad cognitionem in divinis nec ad ardorem unitivi amoris pertinentis poterit attendere nec ab istis inferioribus suos possessores devorantibus segregari

Quomodo anima debet se humiliare.

Sic ergo debet anima se humiliare ut primo recolat peccata sua in aliquo loco occultissimo et maxime in secreto noctis silentio et maiora surripite ne diabolus sibi inferat ad delectationem. Unde obtinere debuit medicinam faciem suam dirigendo ad celum et prout potest maiora peccata sua usque ad x vel xx coram deo quasi ipsi loquendo enumeret et numerando suspiret dicens ipsum in omnibus exaltando et se in omnibus deprimendo prout potest. Domine ihesu christe vel quocumque modo melius sibi placuerit. Ego sum ille peccator nequissimus miserrimus infelicior nequissimus abhominabilior qui tuam maiestatem in tot et tantis offendi ut illa enumerare non sufficiam sicut et harenam maris pre multitudine enumerari non potest. Et ibi suspiret vel gemat prout efficacius poterit. Quia sicut lima operatur in ferro ut in qualibet ipsius singulari confricatione aliquid de ipsius ferri rubigine expoliatur et sic quodlibet suspirium vel gemitus de rubigine peccati etiam post infusionem gratie relicte eliminat. Et magis ac magis anima se purgans ad percipienda que ratio non investigat vel intellectus non speculatur divino subsidio elevatur et ut intensius dolore astringatur animus ad sui confusionem et humiliationem divina beneficia primo in generali secundo in speciali attentissime coram deo prout melius poterit sibi ingrato collata diminutius recordetur. De beneficio creationis.

Primo quod ipsum quo ad spiritum tam nobilem creaturam de nichilo sic creavit dicens Nonne domine tu me ad ymaginem tuam cum nichil antea essem in tam nobile esse produxisti ut te tenerem per gratiam in presenti et te facie ad faciem contemplarer in gloria. Et ego in tantum provocavi districtum iudicium ut nisi michi subvenisses magis non nasci quam ad lucem presentis vite perditum michi misero profuisset. De beneficio incarnationis recordetur sic dicens. Nonne tu domine deus es ille rex altissimus angelorum in tantum propter me te ipsum humilians et nostras miserias et penalitates inmerito ad similitudinem cuiusdam pauperis humili sustinens. Et ego domine non me humiliando sed in tantum me impudenter extollendo tuam maiestatem contempsi in miserias huius vite momentaneas te fontem totius beatitudinis commutando. Quo ergo fugiam. Si ascendero in celum tu illic es et si descendero in infernum ades etc.

De beneficio incarnacionis.

De passione aliquantulum persistendo perveniat ad tertium scilicet ad recordationem dominice passionis sic dicens. Non suffecit tibi dulcissime ihesu christe quod in tantum te ipsum inclinares ut maneres deus carnis mortalitatem assumens sed insuper pro redimendas mortalium miserias sublevandas tam dura verbera tam innumerabilia vulnera tolerasti ut a planta pedis usque ad verticem non esset membrum in corpore quod non sanguine sacratissimo spargeretur. Quid ergo faciam miserrimus cum tue mortis sim causa non tantum vite pro vite non rependens sed in tantum te in sceleribus meis provocans ut digno iudicio deberet pugnare contra me totus orbis terre a summo celi cardine usque ad ultimum centrum inferni. Surgant ergo omnes creature et velud domino proprio famulantes benedicant suum proprium conditorem et cogitet de passione domini aliquantulum ut per vulnus lateris usque ad contactum divinitatis occulte latentis interius experimentum amoris attingere mereatur. Hec enim tria sunt in generali que non tantum sibi sed omnibus aliis altissimus condonavit que in quantum sunt generaliora in tantum indicant maiorem clementiam divinam.

De beneficio passionis

Septimum capitulum De beneficiis specialibus et primo de beneficio religionis.

Postea cogitet in speciali que sibi non omnibus aliis pre totius miserationis contulerit quod maxime ipsum ad religionem Cartusiensis ordinis divina clementia provocavit. Quoniam ista via purgativa solum est eorum qui se a via seculari velud columba vel turtur in desertum in secessu contemplationis licet adhuc debiles super se ipsos avolare nituntur ad motionem omnis culpe mortalis quo ad iudicium conscientie nectiam supponens. Primo igitur cogitet quot digniores quot potenciores quot etiam ad habundantiorem influentiam divine gratie magis ac multipliciter preventos relinquit ipse altissimus in miseriis mundanis et voraginibus involutos et se de tenebris miserie convolavit ad suam incommutabilem claritatem. Secundo non tantum respectu miserie moderne sibi beneficium collatum recogitet sed et illud divinum beneficium respectu infernalis miserie preteret quia multi qui non tantum quantum ipse divine maiestatis oculos offenderunt penis sempiterne maledictionis detinentur et ipse qui multo plus meru-

erat non propriis meritis sed dono conditoris gratuito ad gratie radium in presenti vocatur et premia eterne beatitudinis in futuro. Similitudinem duorum latronum recolens quorum unus ab aliquo rege terreno condignius suspenditur. Alter plus priore delinquens sola regis tamen clementia licet meritis contradicentibus ei efficitur commensalis gloriam non ignominiam reportando. Tertio illud ad quod vocatus recolat quia non solum ad regulam beati Benedicti vel Augustini gratia redemptoris provocavit sed ad illam sacratissimam quam ipsemet elegit cum ductus est in desertum ubi xl diebus et xl noctibus ieiunavit et precursor suus propheta instituit et ipsam in seipso servans nobis sectandam monstravit. In tantum aliis regiminibus regula hec sublimior inquantum doctrina humana divinum eloquium precellit. Sed et sit persistens in oratione non tamen cogitet in se sed ipse ad deum immediate dirigat eloquium tam peccata quam beneficia in generali et in speciali humiliter referendo tamen tum quandam orationem ista vel alia secundum quod deus ipsum intus docuit recolendo. Oratio peccatoris humiliati

Sit igitur per recordationem peccatorum et divinorum beneficiorum confusa iam via humiliationis incipiat sic dicens. Domine pater totius misericordie non possum tibi satisfacere de malis que coram te miserabiliter perpetravi non possum tibi reddere ad beneficia que michi miserrimo contulisti sed quia me interficere non debes nec vales tu me interfice infelicem. Sed si hoc tue benignitati non placet mitte angelum tuum gladiatorem qui de me vindictam accipiat. Sed si hoc propter tuam misericordiam non vis quia merui adimplere quia me interficere non possum tamen hoc quod in me est faciens me quasi latronem tuum tibi reddo tibi perpetuo serviturum cunctis diebus meis a furto meo ulterius recedentem. Deinde prosternat se in faciem et tunc contritusque ponit se ipsum humiliter deprimendo et altissimum offensum exaltando et inquantum humiliatus in tantum etiam citius et habundantius gratiam divine misericordie provocabit. Et nunc iam de necessitate divine convenientie oportet quod cum pater piissimus videt ipsum coram se sic humiliatum dolorem de peccatis conferat vel saltem dolorem quod non dolet ut per ista duo quo duo perdita anima purgata recuperet iam contradicta perdita et sibi quicquid multo plus quam antea ad ipsum restauret. Sed si etiam dolorem non potuit quo ad effectum consequi per ea que dicta sunt tamen qualibet nocte sufficienter hoc teneat quod deum in se est quod creatori sufficit cum homo facit quod in se est primo nec ipse deus vel creatura exspectans quamvis se subtrahunt ut et ista faciens dolorem nullum vel consolationem inveniat ut eius patientia ad tempus per subsistentiam divinam compleatur et iterum ut sibi postea amplior consolatio et de peccatis contritio divinitus conferatur.

Octavum capitulum de impetratione gratie per modum orandi

Sed quia que dicta sunt non possunt fieri sine gratia speciali. Sequitur de impetratione gratie per modum orandi prout ad viam purgativam pertinet. Sicut enim oculo corporis vel sensibiliter de ioculatoribus in curiis magnatum conspicitur quod cupientes aliquod temporale commodum a principe inconfusibiliter obtinere primo ipsum multipliciter commendant deinde quod intendunt sibi postulant condonari sic et noster ioculator spiritualis mundum deceptorem despiciens debita ordinate procedere cum deus sit invariabilis ipsum in suis effectibus nominans et per ipsos ipsius magnificentiam collaudans. Primo enim secundum quod ipse est omnis creature tam spiritualis quam corporalis principium et origo. Secundo aliquantulum sublimius prout se habet ad contemplantes in gloria scilicet ad mentes angelicas et humanas et ipsas contemplatrices sue indicibilis pulchritudinis quam videt sicuti est id vel illud beatificans et hoc ab ipsis omnem eliminat egestatem. Tertio adhuc iste beatissimus prout ad omnes creaturas se habet quibus ipse velut altissimus imperat et omnes tam rationabiles quam irrationabiles sue obtemperant maiestati. Quarto respectu nobilissime creature que est homo et primo respectu hominum qui sunt in caritate famulantium suo creatori in hoc quod adhuc degentibus in hac vita miserie super positis pater suppositis multa encenia interiorum consolationum veluti quedam future beatitudinis sive beatificationis inditia hominibus quasi in exilio existentibus veluti filiis altissimus ostendit. Quinto et ultimo respectu existentium in peccatis quibus in quantiscumque peccatis sua scelera propalantes exstiterint pulsantibus

ad ianuam pietatis divine ipsos divina clementia in sinu sue caritatis re
colligit et peccatis peccatis misericorditer sic indulget ut ab ipso sepius quam
abhominabiliter offenderunt quicumque multo plus quam innocentes uberiora et preciosi
ora beneficia illapsa celitus consequantur. In hiis enim divina gratia a primordia
li divine diffusionis gratie manifestatione usque ad feces existentium in peccatis os
tenditur et dicitur etiam sufficienter que in hiis quinque vocabulis includuntur
scilicet bonus pulcherrimus dominus dulcis misericors. Et postquam in hiis fuit
commendatus illud quod intendit scilicet plenariam remissionem de peccatis sceleri
bus secure potuit postulare. Iste enim modus orandi et petendi in canticis
edocetur. Ubi sponsus dicit sponse vox tua dulcis et facies tua decora scilicet per
amariorem purgationem obtenebrate caliginem expellendo. Et vox dulcis ut
in quolibet illorum sponsus eternus in aliquo spiritualiter commendetur. et hee quippe appella
tiones sunt cantica canticorum et in tantum apte dicte ut quando mens ad deum se eri
git in ipsis vocabulis involutam dulcedinem inveniat ne per multiloquas
narrationes et vocales plationes animus in tanto eloquio evagetur sed in
hiis allectus intra se totaliter adunetur. Sic ergo dicat quotienscumque pote
rit hoc modo vel isto consimili bone pulcherrime domine dulcis misericors mise
rere huius miserrimi peccatoris quem redemisti tuo sanguine precioso. In hoc soli
misericordie attendens quod sibi de malis preteritis parcat clementia conditoris
non quod in quolibet illorum verborum includitur semper cogitans vel dicens sed
affectuose ista vel similia dicere prout dicens noverit maiorem affectionem iustis
vel consimilibus reperire. Nonum capitulum quod est utile et necessarium rogare deum pro bonis et malis.

Sed ad hoc quod mens desiderium contemplatorum obtineat necesse est ipsam divinam
influentiam imitari ut sicut ipse sol spiritualis regum civitatis superne
equaliter de se bonos et malos radiis sue bonitatis illustrat sic
non tantum pro propinquis sed pro omnibus illis qui sunt beatissime trinitatis
ymagine insigniti totis visceribus deprecetur illius clementiam conditoris ut
sicut omnes creavit omnes redemit ita omnibus indistincte dignetur misericorditer
subvenire. Et hoc irrefragabili certitudine misericordiam divinam provocabit vel obtine
bit. Inquantum hominum creatoris universorum et omnium mortalium redemptoris sua
caritatem super omnes latissime diffundentis fuit imitatrix. nisi quando ad ho
ram pro se vel pro aliis singularibus orantis petitio licet caritas semper diffun
di se licet coartetur. Unde affectuosum modum quem et pro se orans et pro omnibus
sollicitus allegeret pro cunctis captum est de modulo sue pravitatis sic dicens bone
pulcherrime domine dulcis misericors miserere omnium peccatorum quos redemisti san
guine tuo precioso et tunc inquantum potuit habeat istam ymaginationem quam dicit
misereri ut totus mundus suo creatori inclinetur per verum cultum et reveren
tiam quam condignam. Decimum quod debemus gloriosam virginem Mariam in advocatam sumere.

Sed quia mens ora ista non potest per nimia carnalitate et vertibilitate prout es
set expediens impetrare. oportet quod ad instar illorum qui habent aliquid magnum
in Curie regalis palatio vel summi pontificis expedire videt se propriis non
posse consequi. adeunt aliquem magnum de Curia ut quod ipse non potest ipsius
mediatoris intercedente reverentia impetret. Quod si ille pauper per excellentem
invenit quem adire et habeat ut humilis ad expediendum preces pauper gloriosus
in Curia ut tamen eo si unice fuit multi alii pro aliquo intercedat dilectus sum
mo pontifici ut dilectione eius astrictus nichil velit penitus denegare absque
ulla calumpnia pauper suum desiderium adimplebit. Sed quia ista inter
sanctos alios in superlativo gradu excellentissime in beata virgine reperiuntur
ut alios sanctos ad ipsam confugiat sic dicens Tu que es misericordissima
pre omnibus aliis humilius peccatoribus te inclinans potentissima quia per te rui
ne angelice reparantur per te sanctis vite ianua aperitur. Et ideo te clamantem pro
paupere tecum omnes pariter conclamabunt regi eterno amantissimo quem
tuis sacris uberibus ablactasti et ideo ineffabili glutino tibi coniunctus est
Rogo ut per te mea inopia sublevetur ut sic per te de peccatis meis plenam
purgationem obtineam ut tandem ipsum in isto amore perstringam quem tu
totis visceribus dilexisti Et tunc dicat ei Ave maria sub certo numero xl vel

.i. diuidendo uel simul pront sibi uidebitur. Hec quasi pro tributo red
dens cotidie quasi in signum subiectionis et spiritualis homagii ipsam non in
pictura parietis nec in sculptura lignea sed in celo attendens et affec
tuose salutans ad ipsam immediate suam faciem dirigendo. Hec est via purga
tiua et ipsius expeditio que multo plus in corde pot citius recolligi quam scrip
to uel ulterius inuitari. Habeant purgatores recordetur breuis et succincte
et uera sibi et latissima via cito appelit. Sequitur de via illuminatiua. Decimum capitulum

Post viam enim purgatiuam immediate mens ad illuminatiuam erigitur
secundum illam regulam psalmiste sic dicentis. Ascensiones in corde suo
disposuit in valle lacrimarum. quia per gemitum et lacrimas anima a ru
biginibus abluitur et per hoc immediate ad susceptiones diuini
radii preparatur cum concauitas sit apper primo a parte ipsius recipiet. quia sicut
in speculo materiali uidemus quod si sit ibi lacius uel aliquid obumbrans faciem
et humanam licet et se obiciat non tamen resultat. Sed cum absconsum fuit in ipso
facies humana apparet ut si etiam speculum ratione humana admisceat spiritum
utcre per illud quod in se ipso recipit ipsum cuius est similitudo repraesentans recog
noscet. Sic cum a rationali spiritu erit eliminata caligo obscurans iam ille sol
spiritualis gratie sue radios immittit qui equalis est de se equaliter omnibus se diffu
dit primo quod plus est quia sicut radius solis materialis stat immobilis ad
fenestram et statim cum sibi aperitur fuit numquam retrocedens numquam de sua natura le
nitate se retrahens sed potius domum interiorem interiorem prius obscuratam irradi
at. Sic uerus sol iustitie spiritualis ciuitatis superne cuius sol iste materiali
obscuram gerit similitudinem siue ymaginem nichil aliud expectat immobili
presto stans ad ianuam nisi ut per aliquam sibi adhesionem aperiatur aditus ut in
mente uelud in lectulo feliciter quiescat per spiritualem splendorem irradians
mentem. Et sic apte recipientis et apte in
nes animam sibi desponsatam insigniens. Et hoc idem manifestat
fluentis irradiatio spiritualis purgationem consequitur. Sic enim in sapientia dicitur. Ipsa sapientia est candor
per ipsam distantium conciliatorum. Sit enim in sapientia ... ipsa sapientia et candor
lucis eterne et speculum sine macula oportet ergo quod sit aliqua assimilatio candor
unitas qui per uerum amoris unione mens humana candori lucis eterne coniun
et prius semota ab ipsa omni obtenebrante caligine speculo sine macula con
formetur. Unde primo oportet quod mens sit quasi speculum sine macula et statim
ad suscipiendos splendores lucis diuino radio disponitur et anima cuius fuit
creatura eterne sapientie conformatur. Sed de quo lumine intelligatur quo mens
anagogice .i. spiritualiter consurgens ad trinam formam dirigitur. Sciendum quod sic sol De triplici radio.
materialis uidetur in corpore luminato terminato inferius et ipsum uidemus in
piete uidetur etiam in radio et in aere uidetur etiam in se ipso ut in fonte solari.
Sic radius diuinus etiam spiritum uiatoris affert triplicem. Affert enim in sacra scrip De primo radio.
tura qui sub cortice lre per aliquod donum intelligentie sensus anagogicus intel
ligi ... inuenitur quo mens sicut per quendam radium ad amorem sui creatoris mul
tipliciter et mirabiliter erudita dirigitur. De isto radio beatus Dionisius in diuinis no
minibus qui facit supersplendescere spiritum sic dicit. Indicibilia autem casto silentio ue
nerantes ad eluscescentes nobis in sanctis eloquiis splendores extenimur et De secundo radio.
ab ipsis illuminamur. Secundus radius a sole spirituali immissus resplendet in spiritu et
huius solis radiis mens eternis spectaculis suspensa cum quadam etiam admira
tione ad meditandum de supercelestibus eruditur de ratione eternis uel eterna gene
ratione uel nexu spiritus sancti et de huiusmodi. quia sicut per solares radios resplendentes
in aere non per aliquod aliud lumen sensibile oculus materialis ad contemplacionem
solis erigitur. sic oculus intelligentie per radios immissos a sole spirituali non per
aliquam aliam disciplinatam scientiam uel mortalis doctoris industriam ad cogni
tionem supercelestium eleuatur. Et de hac beatus Dionisius ad titum scribit dicens
in primo capitulo. Verte te ad radium quia dicat non alium doctorem non aliud exem
plar assumas ad percipienda diuina sed intra te ipsum ingredere et per radios ti
bi datos desuper ad contemplacionem diuinorum actibus te exerce quia sicut rationalis
spiritus nobilior est ceteris creaturis sic nobilius per immissos bonitatis radios appa

De 3° radio

diuina sapientia in ipm̄ De tercio uō radio ubi fons tocius bonitatis appꝛ
quod rapti fit pꝛetermitto quod fit qn̄ mens rapitur in corpe et a stificatione
mēbroꝛ corpaliū remota quātꝰ possibile ē gr̄a tribuēte nā dono gratuito
gratuito mēs ad supna rapitur ipm̄ facie ad faciē ɔtēplans eiusꝰ glorioso
aspectu supna Curia iocunda. De pmo radio lantatē scriptura ē pns inte

Repetitio de istis tꝰ radijs in breuitate.

tio p quē ad amorē vnitiuū ascendit. Qui radius amorē vnitiuū sepius
comitat. quia quāto plus p affectūs amoris mens fonti luminis appropinquat i
tm̄ efficacius uelut ipsi vnitioꝛ sicut de aurora ɔsurgēte videmꝰ q pmo p
tes appropinquās illumināt radijs diuinioribꝫ adimpletur per uiā uero tciaz
qn̄ mens suspirijs insatiabilibꝫ aspirat dilecto totaliꝰ vniri ad tciā irradi
ationez in qua plus agitꝰ qȝ agat diuinitꝰ subleuat. et sibi diutius suspir
anti a dilecto dr̄ Amice ascende supius de qua beatꝰ dyonisius i mistica
theologia postqȝ dixit ignote ɔsurge ad eius vnitionez que ē sup mē
tem et cognitiōs ubi tradit vnitiui amoris practicā vbi s. ɔsurgit affctꝰ
quod intellectus ignorat postea statim subdit dicens ad thimotheū sic hec
aūt a te auferens et ab omni incontentibili et absoluto unde a diuitate te
nebrar radiū sursū ageris Unde in ɔsurrectione vnitiui amoris dicit ɔ
surge quia simul ibi opatꝰ natura et gr̄a postea dicit sursū ageris qꝛ
ubi nō natura s3 gr̄a ad expimētalē et imediatā cognitioē celestiū eleua
tur et p ista dicit ad ista disponit. Sz quia de via illuminatiua ē pns inte
tio dicendū ē quō in scripturis lumē appareat Et deinde quō p istud lumē
ad tciā viā s. ascendamꝰ Et quō omnibꝫ pateat qꝛ i oī scriptura sca iste radi
us lateat uelut lumē in testa subdit. ex.ᵐ in vno. s. i corde dn̄ica ut sile
et vniuso nouo et ueti testo ab vniuiste ueritas discipulis ɔpletur ut
nō sit aliquod uiū quod nō in colloquijs sponsi et sponse interius reple
atur Incidētia capitulū De via illuminatiua.

Nox illuminatio mea in delitijs meis zc. Nox enim ibi vocatur obscu
rus cortex scripture exterioꝛ uel omis sensibilis creatura p quam
mens interioꝛ irradiatur ad hec qꝛ anagogice in vnitiuis de
litijs ɔquiescat. Via enim illuminatiua videt ordini angeloꝝ qui
vocatur cherubin nam pma uia s. purgatiua videt ordini thronoꝝ nā
sicut in pmo purgatur anima ad hoc qꝛ pmo deus in ipa uelut i loco mū
do resideat sic aūt ut dcm̄ ē videt cherubim. Naz cherubi interptatur ple
nitudo sciencie tantū aūt p artē huiꝰ theorice lumen sciē acquirit. et ta
te sapientie dilatatio in scripturis ut quot sūt ūba i nouo et ueteri testa
mento quot creature i mūdo tot hēat aīa intelligētias uel smones to
tū ad deū ad punctū amoris omnia referendo ut postea apparebit Tercia at
sitꝫ vnitiua videt seraphin qui interptatur ardens ibi autē i tanto ardore

Quod tres sūt anagogie et de 2ª expositione sacre scripture

fertur aīa in deū ut maxime corpus p extensionē affectiuū et motum ɔtē
mittibiliꝰ affligat. Sciendū ē qꝛ triplex ē anagogia Una que ē de deo i se
ut ē mētes celestes bificans ɔtēplationes in gloria ut dr̄ de dauid qui
erat quidā homo ad litꝫ qui dr̄ optimus ppugnator et moraliꝰ significat
ipaz aīaz que ita viriliꝰ debet pugnare contra diabolū ɔ ipm̄ etiā ɔsurgē
do et ɔspiciendo ne se ipaz puniat tam vili dn̄o subiugari et a dulcissimo
ihū xpo in ppetuū separi Dauid dr̄ goliaz pcussisse significās allegorice d
ominū nrm̄ ihesū xpm̄ qui diabolū supbū pate populo acquireꝰ i crucis pati
bulo supauit Et hec ē expositio allegorica Dr̄ etiā pulcher aspectu i exti
mabilē pulchritudinē fulē diuine significant i sue pulchritudinis visio
ne, leticia indicibili letificans i requie beatitudinis eterne, oēs mētes angelicaz
et humanā quia hec ē uita eterna ut cognoscant te solū deū uerū et quez
misisti ihesū xpm̄ Et hec ē anagogica expositio fm̄ qꝛ deū bificante respiat

2ª anagogia

Alia ē expositio q̄ respicit eccaz triumphantē in quantū sponsi amplexibꝫ
totaliꝰ et inadiutibiliꝰ ɔquiescat ut ierlm ad litꝫ quedaz dr̄ ciuitas. Ierlm
ciuitas optime munita et fortissimis muris circūdata diceba. et signifi
cat ipaz fidelē aīaz moraliꝰ que debet interius muniri armis virtuti
grē et amoris sine quibꝫ armis nullus vnquā nec potuit nec poterit
resistē diabolo aduersanti que etiā ex exterius muris fortissimis circū
data eē et hec in honesta ɔuersatione et quꝰ sensuū exterioꝝ mortificatione

quibus amoris regnantis sinceritas inexpugnabili confirmatur Sed in hoc quod sedes
regni dei eternam futurum fidelium sub christo principe figuraliter in qua regnat ipse rex
pacificus et sub cuius persona quondam ysaias dicebat Deus noster legifer noster ipse veniet et si
nos regentes militante ecclesiam exemplo vite et verbo doctrine Tercio iterum in-
ferratur visio pacis quod ecclesiam triumphantem significat in qua sunt inhabitatores pacifici
qui a illius felici presentia gratulantur dicentes et clamantes gaudiorum plenitudine civitatis
eterne super plenissima premia admirantes melior dies una in atriis tuis super
milia et hec est anagogica expositio Sed proprissime dicitur anagogia id est quod sursum ac-
tio ubi etiam vere inter sursum actum et illum in quem supra se aspirando ardentius ele- | Sequitur de spirituali anagogia
vatur distantia connotatur Unde proprie neque inter beatificantem altissimum et illos quos
ipse vera pax beatificat neque conversus similiter etiam proprie sursum actio extensiva sed potius
tamquam cum rege existente feliciter in thalamo in ipsa tranquillitate admirabili conquies-
cent et tamquam supra se existentes in spiritus unitorum proprie vel imitatorum desiderabile
ulterius non aspirant Sed hoc proprie sponse adhuc peregrinanti a sponso competit
que adhuc tamquam distans ipsi insatiabilibus suspiriis uniri desiderat quod in separa-
tione anime a corpore in tranquillitate vite plenissime optinebit Sed quia sapientiam
anagogicam currit cantica canticorum cum dicit Osculetur me osculo oris sui tra-
he me post te etc. Veni dilecte mi egrediamur in ortum et agrum etc. Omnes petitiones in
nichil aliud sunt quam ignita suspiria et inquiete affectiones dilecti ad sui sursum
actum feliciter obtinendum ardentius provocantes Sed et ex parte sponsi ad sponsam
cum dicit Aperi michi soror mea sponsa mea et iterum dicit Veni de libano ve-
ni et cum dicit Surge propera amica mea etc. Omnes sponsi colloquia nichil
aliud sunt quam radiationes stillantes immisse ab ipso effectu ardentiora desideria
et inquieta suspiria importunum excitantes. Capitulum undecimum Quomodo ista ars acquiritur per unionem amoris

Ista ars anagogica magis per amoris unionem acquiritur secundum quam ut est
dictum prius est intentio hanc ubique inclusam in sacra pagina ondere exemplum
ponentes in uno ut simile in aliis sacre pagine sententiis illud idem verissi- | Expositio orationis dominice et maior
me ondatur Et ne longius hoc exemplum protrahatur primo subditur
in oratione dominica. Sicut enim in sensu litterali artificiali procedendo sic et in ana-
gogico primo captatur benivolentia infundentis secundo multiplicat petitiones Se-
primo ab ipsa dilectus in tribus precipue collaudatur captando ipsius benivolentiam in su-
is petitionibus ut omnia beneficia sua conferenti domino ascribens favorabiliter beatur
primo ut perfecte et spiritualis generationis principium secundo ut sue bonitatis velut diffusi-
vum 3o in habitaculi et mansionis dignitate qui tamquam rex precellens habi-
tare non dignatur nisi ubi est firmum habitaculum sive tabernaculum et decora mul-
tiplici interius decoratum primum per pater secundum per noster 3m per celis interpretatur pri-
mo illud quod est secundum proprietatem vocabuli anagogice ad sensum misticum transferendo
verbi gratia pater ad litteram nichil aliud est nisi qui de se aliquid emittendo filium | Expositio istius verbi pater
progenerat Sic anagogice transferendo verissime pater ille dicitur qui tamen non naturaliter sed
adoptive multos filios generat a se germine amoris deificatis emittendo con-
mens perfecta nativitate gignitur qui vivere iam in ista vita incipit sine quo
a natura quantum ad verum esse nichil penitus efficitur vel existit verius et efficacius
progrediens quam de deo vero qui est vera vita nascitur per amorem quam quam de nichilo quos
adeo nature innate culpabili duxit primordialem originem a quo non tamen principio
affluentissimo vitam emittendo celitus generatur ab ipso sensu et motu spirituale recipiens
que vere vite principali attestantur sed usque ad perfectam etatem claritatis eterne
et quo ipse videlicet facie ad faciem vivitatis paterne consolationis eterne recipiens cor-
roboratorias et confortantis amore ab ipso primo affectu inspiratur educatur Et hoc totum importat hoc quod dico pater mistice occultatum ut est fonta- | Noster
le totius vite principium Sequitur noster Ubi laudatur ipsius bonitudinis incluse
diffusio quasi dicat tu es ille qui vere altissime tue bonitatis non singulares
personas consideras sed omnes rationales spiritus quantum ex te est per immissos a te radios
ad te trahis ut non aliqui quantumcumque excellentiores et preclara religione emi-
nentes te fontanam bonitatis originem sibi appropriare valeant ut non sit ingens an-
gelica vel humana que se abscondat a calore tuo naturali abstractivo Et hoc per
noster anagogice importatur. Capitulum duodecimum

Sequitur qui es in celis hic captatur benivolentia a vere exclusive vel precel-
sive mansionis Celum inter alia triplici proprietate precellit Est enim communio mo-

bile firmamentum et variis sideribus in ipso refulgentibus adornatum. Hoc ad sensum anagogicum transferendo sponsa sponsum in suo cubiculo collocans in secretiori cordis armario debet hac proprietate triplici adornari.

prima proprietas. Primo quod firma sit. Et secundum hoc loquitur sic: O dulcissime tu qui es in celis, id est illarum mentium civitatis thalamum interiorem iam non tantum personaliter potentialiter essentialiter ut in creaturis aliis, sed vere te ipsum qui es hospes iocunditatis et solamen sensibile et familiaris reputans, lege qui ob amorem tuum efficaciter obtinendum valefacientibus terrenis delectationibus dederunt libellum repudii et tibi soli quietati mentis in amore vincentis coniuncta suspiria impedimentis resecatis glutino amoris suavissimi collegiati tibi firmissime et ineradicabiliter adheserunt, ut sit in ipsis fortis ut mors dilectio, ut in canticis canticorum ad suam iuditatem(?) sponsa proclamat ad paranymphorum subsidia, scilicet angelorum, quibus tamquam sociis adiunatur dicens: Fulcite me floribus, id est fulcite me obsecro exuberantis affectionibus, non a nobis sed a dilecto per vos hec obtinere cupiens. Stipate me vos qui eum videtis facie ad faciem vestris consolationibus ipsum ad michi subveniendum uberius provocando, quia langueo calore unitivo, exurians ipsum amplecti totaliter desiderio, que adhuc paupercula in miseria existens tam iocundum experimentaliter pregustavit(?).

2a proprietas. Sequitur alia proprietas: continuo mobile. Venit enim mente verissimus sponsus eternus, certissime visitat et eam inhabitat, quam non iam laboriosa tarditate in virtutibus mobilem sicut tunc cet(?) in statu incipientis exordio sit se sursum erigendo affligi. Sed cum diutino exercitio tantam agilitatem affectionum meretur habitus et gratia fluentissimum largitorem accepit(?), ut quotienscumque vult quasi sine afflictione inquietativa suorum desideriorum dilecto ut sursum ardenter agatur afficitur. Tunc ipsarum mente deus virtutum spiritaliter inhabitat, qui non tantum actu continuo quod est super omnes vires conditionis humane per laxationem virtutum, sed continua habilitate motus amoris secundum libitum suum clemente(?) famulatur(?) affectus firmamenti motu sectatur. Unde que in principio lento gradu et debili vago et tepido ad modum testudinis ambulabat, nunc currendo celeriter sed ut montes et colles, id est dignitates tam ecclesiasticas quam mundanas, ipsa vili pendendo transiliat. Et hoc quia in parte exaudita est petitio, cum interius suspiriorum devotissime proclamaret: Trahe me post te. Anima ergo tracta est ab illo qui solus ipsarum potest super eminentius elevare, prius lenta iam currit in odore unguentorum suorum quod nimirum ardentioribus desideriis solito ad sponsi amplexus erigitur, quia de eternis superne ierusalem civitatis eterne pabulum quod degustavit. Anima igitur non tantum sponso apparuit, ob eius amorem mundana gaudia ipsarum offuscans(?) tanquam conculcando. Sed pulsanti ad ostium cupienti introire in se ipsam intrando inhabitat, tibi solite affectionis apportans ut tenet cum ea et ipsa secum. Sic enim in loco continue mobili requievit dilectus.

3a proprietas. Sequitur de tertia proprietate: diversis sideribus adornata. Cum enim virtutes efficaciores virtute sue purgatione indigeant nondum plene mente floridus et pectoris(?) inhabitat, cum ad huc nimia ordinatio et immodesta delectatio sensuum mentem caligine nebulosa contenebret. Et quia lippos hi adhuc oculos non est accepta acceptiore gratissima eterno ideo qui est deus altissimus cum pedibus omnia sunt subiecta, ut alias(?) anima(?) in copula desponsationis individualis assumat, quare quod nulla quemadmodum ad tenebras. Sed cum virtutes sunt purgate, lumine virtutum clariori ab interiori immunditia ut mens virtutum claritate resplendeat, sicut firmamentum resplendet sideribus, ita ut sue claritate irradiationis multiplicis et dignitate sui luminis aspectum sponsi ad suum placandum conspectum provocat(?) ut etiam luminosa gratie et virtutum in mente multiplicata claritas placita exterius in conspectu eius faciat apparere. Et sic in suo decore iam provocat ipsum dilectum altissimum ut ipsam familiaritatis inhabitare dignetur. Quod cito assequitur, cum ipse dilectus istud amplius quam ipsa desideret, ut prius mendica modo regina, prius mundanis delitiis intenta in stabilitate sedebat ad sinistram, modo transformatione amoris transeat ad dexteram. Que etiam prius offuscata et involuta pectoris(?) lenitate(?) modo speciosissimi amoris auro textis induitur vestimentis, prius formidata(?) dulcedine virtutis modo formosa virtutum fulgentium multiplici colore refulgeat. Intantum ut paranymphi, id est amici sponsi angeli purgatam victoriosissimam acceptantes dicant sponso: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate

Captata beniuolencia subditur de peticionibus prima peticio Capitulum xvi

Sanctificetur nomen tuum Septem petit quorum prima quatuor boni adepcionem
alia mali remocionem respiciunt Primo enim petit inter alia quod ut dilectum
suum sine ullo retardante possideat 2o ut non in aliquo se obliquans limites
regularum veritatis transsiliat 3o ut ipse beatissimus non tantum sibi id quod ipsa
sentit sed omnibus aliis peccatoribus per eius matrem innotescat 4o ut in consentire ab ip
so beneficiis per ipsius manuductiua substentacione in adiutibili perseueret primo
ut dictum est vocabuli spectat assumentur ad sensum anagogicum transferendo Sanc
tificetur idem est quod sine terra quasi sine terra in me efficiatur nomen tuum quod est admi
sine cogitatione previa vere amans amoris affectione consurgit. Item in 3a instantie
Dionysii dicit in mistica theologia per unionem dilectionis que est effectiva vere cogni-
tionis unitur deo intellectualiter ignota cognitione intellectuale derelinquunt
multo nobiliori quam sit cognitio intellectualis et in eo quod cognitionem intellectualem
derelinquit super intellectum et mentem deum cognoscit etc. Cum igitur ut ibidem dicit deus
non possit cognosci per intellectualem cognitionem cognoscitur verissime per tactum
amoris igitur ut plene ibi dicit necesse est omnem intellectum derelinquere et solum per
amoris affectum in deum consurgere etc. Item dicit in 7o de divinis nominibus oportet
autem videre nostram mentem habere quidem virtutem ad intelligendum per quam intelligibilia in-
spicit unitionem autem excedentem naturam mentis per quam coniungitur ad ea que sunt
supra ipsam secundum hanc igitur divina oportet intelligere non secundum nos sed nos totos in ipsis sta-
tutos et totos deificatos etc. igitur licet in humanis primo oporteat intelligere quam af-
fici tamen in divinis primo oportet consurgere per amorem ut ex isto statu cognitionis in
ipso vera cognitio relinquatur nam illud scilicet de divinis quod experimentaliter sentit af-
fectus vere etiam intelligit intellectus. Item in eodem capitulo dicit de mistica sapien-
tia hanc igitur irrationabilem stultam et amentem sapientiam superexcedenter laudantes dicimus
quod omnis est mentis et rationis et omnis sapientie et prudentie causa et in qua est omne
consilium et ab ipso cognitio omnis et prudentia et in ipsa sunt omnes thesauri sa-
pientie et cognitionis absconditi etc. Cum igitur ipsam irrationabilem vocet non per ra-
tionum investigationem procedit et cum ipsam stultam appellet non procedit sicut alia sco-
lastica scientia nam ordinate procedendo primo cognoscimus omne illud quod dili-
gimus. Si igitur mistica theologia primo per rationes cogitando vel meditando si-
cut videmus in aliis procederet non stulta a beato Dionysio vocaretur nec amens
id est sine mente nam sine omni mentali cogitatione vel meditatione affectus
amoris attenditur igitur ex affectu amoris relinquitur in mente cognitio non econverso.
Item psalmus Gustate et videte etc. Cum igitur gustare affectum respiciat amoris vi-
dere autem intellectus cognitionem vel meditationem ergo primo oportet motu amoris consur-
gere quam occultissimum deum intellectuali cogitando consurgere nam hec est regula ge-
neralis in mistica theologia quod primo oportet habere practicam quam theoricam id est usus exer-
citium in corde quam ipsius rei vel eorum que dicuntur habere notitiam etc. Item illud
idem apparet autem Commentatoris Vercellensis super misticam theologiam dicentis sic
Istud sapientie negotium sensus et ymaginationis rationis et intellectus tam practicum
quam theoricum usus et officia suspendit et excludit omnem intellectum et intelligibile
omne et ens et unum transcendit speculum et enigma et ipsi divino spiritui api-
ce affectionis principaliter divina dignatione unit etc. Item hoc idem probatur
per rationem in divinis supra quam mens rationis proficitur secundum quod gradatim ascendendo ordi-
nate ad divina consurgit. Sed certe ego video quod in ipsa deitate sunt tres persone pater

Prima ratio in contrarium

2a ratio in contrarium

3a ratio in contrarium

4a ratio in contrarium

5a ratio in contrarium

6a ratio in contrarium

7a ratio in contrarium

filius et spūs sctūs filius enim ē sūma sapīa et spūs sctūs ut iuste amor connec-
tens sꝫ spūs sctūs qui ē uerius amor sm naturā et sm intelligentiā nō sꝫ
tempus ē ultima psona in diuinis nā primo ē intelligere prēz generan-
tē sō filiū genitū 3º spm̄ scm̄ pcedentē ab utroqꝫ Ultimus ergo et nob
ꝓpinquior ē spūs sctūs Cū ergo aīa gradatī ascendendo ordinate ꝓficiat
oꝫ ꝙ hēat primo amorē qui appriatur spūi sctō quia spūs sctūs ē nobis af-
finior antequā hēat intelligentiā cogitando uel etiā sapiā amoris que ap-
priatur filio igr̄ officiū amoris pcedit cognoscere et nō econ̄. Item aīa sꝫ
8a ro ꝙ a deo fonte totius btitudinis recipit influentias admistratā cetere suprha-
nis pficitur Sꝫ constat sm dyonisiū ꝙ ordo seraphim qui interptatur ardens
primo ulterius et pfectius recipit influentias a deo ꝙ ordo cherubim qui i-
terptatur plenitudo scie igr̄ afficit per ardorē amoris qui i[n]ndet seraph
primo et pricipali afficitur et mouetur i deū ꝙ intellectus illud quod deside-
rat affectus i cogitando itelligat quod intelligē respondet cherubim
Item spūs rōnalis primo et primordiali recipit a deo illud in quo ē sibi
9a ro affinior sꝫ affectus maxie p amorē dispositꝰ ē supmꝰ rōnali spm̄ et
p ꝯns ꝓpinquior spūi increato ergº primo tangitur a pcō afficitur a deo p imis-
sionē amoris ignitū in spū tanquā deo ꝓpinquior antequā hēat ipm̄ apphe-
sionē intellectus qui ē potentia multo plus a creatore supmo distatior
igr̄ semp mouetur primo affectus in deū ꝙ intellectus cogitando itelligat
Item cū deus ꝙ gradibus infinitis distet a creatura qualibꝫ ad hoc ꝙ ip-
10a ro se in hac miseria aliquatenꝰ cognoscatur oportꝫ aīaz sic ꝓpinquare eidē
ut quoquomō attingatur ab ipsa Cū ergo solus amor faciat aīaz ꝓpiquare
ad deū p sui extensionē igr̄ i quātū mens amat ardentius intm plus fon-
ti luminis appropinquat et p ꝯns inquantū ē fonti luminis ꝓpinquior p amo-
rē intm plus intellectus illuminatur ab eo p cognitionē primo igr̄ ē in diuinis
ardendo amare ꝙ itelligēdo cognoscere. Solo et declaratio Capitulū 1

Solutio et declaratio Dicendū sm btm dyonisiū in primo mistice
theologie Sapiā ista dr̄ solū xpianorū Uñ fidei cognitionē sup-
ponit et caritatis fundamentū Uñ nullus mortalis quantūcumqꝫ
Et philosophus ut sctēs hanc sapiā que in supmo mentis
affectu humane nature facultate excedens nec potuit nec potest appre-
hendere rōnis inuestigatione uel intelligentie extimo sꝫ solis filiis a patre
eterno consolatorē expectantibꝫ a primo etiā affectu misericorditer et ideo
mistica i. clausa dr̄ et occulta ꝙ a paucis cognoscitur Unde notandū
ꝙ duplex ē modus sm duplicē nālē potentiā ptingendi ad deū nam
quelibꝫ aīa hꝫ potentiā intelligendi et hec ē potentia intellectus et potē-
tiā amandi que affectus dr̄ quibus deū apphendit qui ē sūma bonitas
et ueritas Unde i intellectu apphendimꝰ ueritatē affectu attingimꝰ bo-
nitatē Sm hec duo duplex ē via intelligentie Una dr̄ contemplatio et
hec figuratur p Rachelē que dr̄ venusta aspectu qui mens sibꝫ lumine de-
super infuso diuinitus hꝫ cogitando uel meditando solū celestia con-
templari Alia in affectu et hec dr̄ ardor amoris qui s. igne spūs scti de-
super immisso aīa flamigeris affectionibꝫ ad solū deū aspirans ipm̄ so-
lū desiderat ut sibi p strictiorē amorē intimiꝰ coniungatur Et hec dr̄ opti-
ma portio marie que ardebat desiderio ut dr̄ in Iohe. Uñ sicut nouum tes-
tamentū ē prestantius ueteri sic via amoris siue affectionis que ē in ardo-
re amoris que designatur p mariā Est nobilior etiā meditatione itelle-
ctuali que designatur p Rachelē Sꝫ notandū ꝙ ad hoc ut ueritas effica-
cius videatur ꝙ duplex ē contemplatio in itellectu sibꝫ et ardor amoris di-
stinctē acquiritur in affectu Una eñ ē meditatio uel contemplatio ab
inferioribꝫ ad supiora Alia uero econuerso sibꝫ descendens de supioribꝫ ad in-
feriora De prima determinat Rychardus de scto victore i arca mistica ondēs

per xlij consideraciones uel meditaciones in creaturis quo mens lumine intel
ligencie decorata ad cognicionem summi creatoris debet attingere Vt sicut filius
israhelitis peruenit ab egypto per xlij mansiones ad terram promissionis sic anima
fidelis per alias xlij consideraciones in sex gradibus ordinatas usque ad cogni
cionem summe trinitatis attinget cum racionali spiritu adoptatis Alia vero con
templacio est que procedens via mentis lumine desuper immisso secundum regulam veritatis
et raciones eternas quas secundum diuinas illuminaciones in seipsa recipit me
ditando de inferioribus creaturis iudicat et secundum quod ampliori lumine anima de
super irradiando diffunditur sic in tanto ineffabilius secundum illas causas et ra
ciones que sunt idem quod deus a quo omnis creatura exemplata et ydiota
primordiali exiuit ueritate in creaturis et in omnibus effectibus multo melius
quam in rotinando animus perscrutatur Non tamen intelligendum est quoniam ista contempla
cio in affectione tenetur alias nulla esset de istis vero nichil ad presens Multo
enim excellencior et multo amabilior et ad optinendum facilior est ardor amo
ris Sed ad istum ardorem amoris est duplex modus attingendi Vnus scolasticus
et communis Alius misticus et secretus Primus enim est per modum inquisicionis et ele
uacionis et incipit ab inferioribus usque ad summum per exercicium diuturnum
adscendendo Verbi gracia modus enim amandi deum per meditacionem primam est iste
Primo enim fidelis discipulus sensu exteriori siue oculo conspicit creaturas
exteriores deinde eciam aliquantulum ascendendo quod iam percepit oculo ex
teriori in ymaginacione repositum consideratur deinde magis eleuando racio
nando et conferendo vnam cum creatura omnium racio inuenitur Et sic peruene
runt philosophi Nam ipsi videntes tantam creaturarum multitudinem tam deco
ratam ordinacionem tantam utilitatem earundem et per hoc ipsi et quilibet alius unum
creatorem potentissimum sapientissimum optimum ineffabilem cognouerunt et
hoc per potenciam anime superiorem sensu exteriori et ymaginacione que iam
manifestatur Deinde ex ista consideracione creaturarum quedam habitus per prius
in intellectu relinquitur ubi primordiale fundamentum creaturarum relinquitur
et esse Non tamen per conspectum creaturarum sed per irradiacionem et illuminacionem immissam
quodammodo a deo mens ad contemplanda diuina perclarius eleuatur et hec po
tencia vocatur intelligencia siue intellectus qui solum meditacione prima con
sistit Vltimo omnis meditacio siue contemplacio siue affectione amoris sub
sequente parum prodest aut nichil Cum dicat Augustinus quod non licet semper uo
litando cogitare sed amando inherere ut semper cogitacio uel meditacio pre
dat affectionem amoris Ideo et anima fidelis sine omnibus aliis creaturis per
solam cognicionem immissam a deo in ipso afficitur Alius autem modus consurgen
di in deum est multo magis omnibus predictis nobilior et ad habendum facilior Et hec
est sapiencia unitiua que est in amoris desiderio per flammigeras affectiones et
supernis aspirando que diffinitur in vij° a beato dyonisio de diuinis nominibus sic
dicente Sapiencia est dignissima dei cognicio que est per ignoranciam cognita secundum
unionem que est super mentem quando mens ab omnibus aliis recedens postea eciam se
ipsam dimittens unita est supersplendentibus radiis et inscrutabili profundo
sapiencie illuminata Vnde in hac sapiencia secundum quod in primo mistice theologie sit sensus
siue sensibilia derelinque intelligibilia et non intelligibilia etc. Vnde in
ista sapiencia sine omni inuestigacione uel meditacione previa amans affectus
sursum trahit Vnde non ibi oportet cogitare nec de creaturis nec de angelis
nec de deo nec de trinitate quia nec sapiencia non per meditacionem priuam sed per aff
ectus desiderium habet aspirando consurgere ¶ Sed tamen nondum quod sapiencia ista aliter
intelligitur in principiantibus aliter in perfectis Principiantes enim habent se purgare per
viam que dicta est et postea aliquantulum cogitando deo ipsi desuper inflamanti
occurrere non tamen meditando de deo uel de angelis ut dictum est sed consurgendo
secundum illam viam que inmediate sequitur via purgatiua et in exposicione in morte
de primo iiij Sed postea quando sit affectus excitando diuturnius uel cogitando secundum quod

De principientibus et perfectis disci
pulis huius sapiencie

nō

ibi dicitur. diligentius se erexerit / nunc dimittitur omnis cogitatio vel medi
tatio et solu̅ per amoris desideriu̅ quotiensu̅que vult de die vel de nocte i̅
tus vel extra ad vnione̅ ipsius dilecti solu̅ aspirans a̅i̅m consurgens se
erigit et ibi amoris affectio precedit cogitatione̅ na̅ illud quod sentit affectus
vere intelligit intellectus Et sicut dictu̅ e̅ de contemplatione q̄ duplex
e̅ Vna que ascendit alia que descendit Sic in affectione amoris na̅ s̄m
via̅ scolasticam que dicta e̅ ascenditur ab inferioribus creaturis In sapientia aute̅
mystica econuerso e̅ Naz iste nexus amor qui e̅ spiritus sanctus tertia persona i̅ diuinis
et vltima respectu ordinis personarum nobis e̅ propinquior et prima i̅ conuer
sione affectiua in deu̅ Vnde iste spiritus sanctus per igne̅ amoris i̅flam
mat supremu̅ affectiue apice̅ et indiuisibile̅ sine omni cogitatione vel rationis
discretione ad se trahit Vnde sicut lapis suo pondere et directione imedi
ate et sine aliqua obliquatione absque trahitur et refertur naturaliter ad sui
centru̅ inferius sic apex affectus suo pondere et directione imediate et
sine aliqua obliquatione absque preuia vel concomitante cogitatione sursu̅
refertur ad deu̅ Vnde ista potentia que e̅ affectus et supremu̅ i̅ spiritu hominis
spiritui sancto imediate amoris vinculo e̅ vnibilis et hec potentia vt e̅ supremu̅
in spiritu quasi ab omnibus ignoratur nisi ab illis in quibus ab igne spiritus sancti in
mediate apex affectus tangitur et mouetur Vnde dyonisius hanc virtute̅
vocat imediate mota̅ a spiritu sancto et s̄m ipsa̅ procedit tota mystica theologia
et dicit sic Est et nunc a nobis lex perfectissima virtute de deo dicere nos asse
uerare non i̅ persuasibilibus humane sapientie verbis s̄ in demonstratione a spiritu mote
theologorum virtutis s̄m qua̅ ineffabilibus et ignotis ineffabiliter et ignote co
iungimur s̄m meliore̅ nostre intellectualis virtutis et operationis vnione̅ etc. Vn̄
s̄ ipsa̅ virtute mota̅ a spiritu sancto imediate aliquid est et multo maior de deo cognitio q̄
per omne̅ intellectu̅ vel ratione̅ inuestigando Vnde primo tangitur supremus apex affec
tus s̄m que̅ mouetur p ardore in deu̅ et ex isto contactu relinquitur i̅ mente ve
rissima cognitio intellectus na̅ illud solu̅ de diuinis quod sentit affectus veris
sime apprehendit intellectus vt dicitur in fine principii mystice theologie Sic p
vnione̅ dilectionis que e̅ effectiua vere cognitionis vnitur deo intellectu
aliter ignoto etc. Et quia etia̅ vnitione ingeniu̅ ad inuestiganda occulta mira
biliter elucescit per hanc aut̄ ymaginaria et fantasmata dirumpuntur
per hanc etia̅ sensuu̅ exterior inordinatio q̄si quodaz retinaculo interiori
refrenatur vsque etia̅ ad carnis sensualitatem corruptione̅ pestifera̅ mor
tificando affectus ignite redundat na̅ quantu̅ mens plus aspirando eri
gitur tanto plus debilitatur ipsius carnis male inflamantis corruptio.

.Responsiones ad obiecta supius. Capitulum .lij.

Per hec pro magna parte scolastici et mystici doctoris s̄ diu
sitas naz s̄m diuersos intellectus vtrusque procedunt argumenta
Ad primu̅ dicendu̅ e̅ q̄ illud In meditatione mea exardescet
ignis Intelligitur in proficientibus Naz quia i̅ talibus no̅ adhuc ar
dor amoris habundat ideo hoc oz q̄ aliquantulu̅ meditando s̄m illa̅ via̅ que
dicta e̅ in expositione nominis diuine orationis / no̅ aliter cogitando de angelis de deo
vel de trinitate affectus efficatius excitetur quod tamen in tertio statu i̅ via vni
tiua amoris perfecto iam extincto cogitatio preuia dimittitur Sicut videmus in
pontibus lapideis q̄ i̅ edificatione pontiu̅ ligna lapidibus supponuntur
postea ia̅ constructo edificio muri lapidei firmitate perfecta cuncta ligna ad
mouentur quia sine ipsorum obsequio structura muri lapidei pot prestare imo
bilis Sic et hic in proficientibus cogitatio precedo modo premittitur deinde se
quitur affectio amoris qua perfecta obtenta totius cogitationis vel me
ditationis preuie vel concomitantis obsequiu̅ vt dictum e̅ admouetur // Ad
2m argumentum dicendu̅ e̅ q̄ illud b̄ue concedimus Inuisa possumus diligere Incogni
ta nequaquam na̅ sapientia mystica supponit cognitione̅ fidei Vn̄ in principio
mystice theologie vocatur sapientia christianorum Vel aliter quia duplex est
cognitio Vna precedit amoris affectu̅ In primo eu̅ precessit s̄m viaz sco

q Ad primu̅ argumentum

q Ad 2m argumentum

lascitatem et communem est ibi primo cognitio de deo per creaturas vel per intellectum
antequam amoris affectio attendatur et secundum illud augustinum intelligitur. Sed in pro
cessu mistice theologie secundum dyonisium amoris affectio intellectus cognitionem
precedit et de utraque loquitur psalmista david de prima ibi In meditatione mea ex
ardescet ignis de alia ibi Accedite ad deum et illuminamini accedite per passio
amoris et illuminamini per cognitionem veritatis Et ista cognitio est multo
certior quam prima et irrefragabilior ut multotiens aliquid per aliqua signa que
videntur in ipso esse delectabile ad vescendum cognoscitur ex qua cognitione ad
hoc ut comedatur appetitus videntis quam plurimes inardescit postea quando illud gus
tatur amplior et certior cognitio ex ipso gustu relinquitur quam illa erat que
ipsum gustum precessit sicut et in ipsis eodem modo intelligitur ¶ Ad 2m In divinis q ad 2m ar.m
etc. Dicendum est quod verum est secundum modum communem et in ipsa anima actualiter ascendere
secundum autem processum misticum est contrarium et sic precedit prima apprehensio obiectio alterius partis
quod patet in processu ipsorum archangelorum per hoc patet aliud de cherubim q ad 3m ar.m
et seraphin ¶ Ad 3m Verum est inequatum est ab infimis superius ascendendo
et sic cognitio precedit amorem sicut cherubim precedit seraphim Contrarium
tamen est in descendendo nam primo et principaliter recipit influentiam a deo seraph
im quam cherubim et sic similiter descendendo primo movetur affectus per amorem
in deum quam illud quod sentit affectus percipiat intellectus et sic currit sed pars q ad 4m ar.m
alie partis ¶ Ad 4m dicendum quod non est simile de beatis et viatoribus nam beati iam ipsam
luminis eterne claritate vident faciem ad faciem absque illa admixtione fan
tastica vel carnis corruptione obtenebrante caligine vel medio con
templantes et ideo est ibi summa ordinatio quod nullum est ibi impedimentum
Ideo primo valet intellectus divinam pulchritudinem apprehendit quam in ipsa affec
tus unitione indissolubili delectetur In viatoribus autem licet amen
existentes in corpore tamen sicut dicit philosophus Intellectus humanus est fan
tasie admixtus ideo omne intelligibile quod est ipse deus apprehendit fantas
tice quia si etiam per amorem illuminatorum divinitus immissam ab intellectu admix
tio fantastica seperetur semper tamen intellectus quantumcumque celitus illuminetur
deum modo finito et limitato apprehendit qui tamen infinitus et immensus est
et ideo omnis intellectualis cognitio semper est impura et immunda et ideo in
puncti si vera sit consurrectio mistica Iubet ipsam dyonisius ab amoris affe
ctu totaliter sequestrari et per solum ardorem amoris consurgere quia ipse totus de
sideralibus sicut in canticis dicitur non tamen totus apprehensibilis nec in presenti nec
in futuro Et nequaquam efficatius in ipsa consurrectione omnis intellectiva cog
nitio restringatur Intantum ardoris affectus velut liber quam super enatans cunctis
quod desiderat apprehendit Et hoc summe cavendum est ut nulla cognitio
intellectualis se amoris unitivi consurrectioni admisceat etc. ¶ Ad 6m dicendum est q ad 6m ar.m
quod solutum est secundum duplicem modum consurgendi per amorem ut dictum est neque de tri q ad 7m ar.m
nitate vel angelis Et per illud idem solvitur septimum ¶ Ad 8m dicendum q ad 8m ar.m
est quod licet modus consurgendi in mistice stultus et irrationabilis hanc sapientiam
ignorantibus videatur tamen sapientissime et mira ordinatione procedit nam
solo pondere et distinctione amoris affectus verius et certius et ineffabi
lius in ipsum quem diligit fertur quam oculus videat aliquid sensibile vel intel ✓ corporalis
lectus per cognitionem possit aliquam de deo cognoscere veritatem. Capitulum lii.

Si queratur igitur quid cogitabo vel cogitare debeo non debeas
nec de angelis Dicendum quod solum aspirabis et non cogitabis
Unde tunc sine aliqua cognitione de deo vel cogitatione vel de
aliis si nescis secundum viam purgativam et aliquantenus exercitata si nescires
aliquid dicere nisi alio modo consurgere sic dicens O domine quando diligam te quando te con
stringam Si hoc sepissime frequentaret citius si staret ex punctualiter ista
mari quam si de secretissimis celestibus vel eterna generatione vel processione
multiplex cogitaret Unde ipsa est optima stulta de qua dicit beatus dionisius

sic. Hanc igitur stultam et irrationabilem et amentem laudantes excedent dignitatem quod omnis est mentis et rationis et prudentie et sapientie causa sicut est dictum superius exponendo. Ad nonum dicendum est quod deus secundum consurrectorium istius sapientie non apprehenditur per modum entis nec ut verum nec ut bonum. Sed quando ista vis anime suprema que est apex affectus tangitur ab igne amoris illo motu tactu scintillat affectus aspirando in deum. Unde beatus dyonisius illos doctores scolasticos et speculativos confutat quia omnia se scire existimant cum tamen de vera sapientia qua mens ad deum trahitur parum aut nichil nisi forte contemplando vel aspirando cognoscat. Et talibus non debere ullatenus istam veram sapientiam revelari ad Timotheum scribens sic. Vide autem ne quis indoctorum ista audiat. Indoctos autem dico qui existentibus sunt firmati etc. Et in tales irrides sic infert stulti post qui sua existimatione credunt divina percipere ingenio vel scientie plenitudine. Sit indoctos autem dicimus. Et post se putantes ea que secundum ipsos est cognoscere scire eum qui tenebras latibulum suum fecit etc. Et hoc est quod ista cognitio est totaliter supra mentem et ubi omnis intellectus deficit qui non apprehendit nisi sub ratione unius veri vel boni. Mistica vero theologia per apicem affectionis docet discipulos initiatos consurgere per amorem unitivum quod plus est nunquam actualiter mens istis motibus posset consurgere si aliquid cogitaret consurgens unitivo mirabili despicientie a sua elevatione affectio sed potius intellectivam quasi pedissequam subtractam relinquit inferius et ab ipsa eminentius elevata plus distans ab ea quam ab ortu solis meridies sine suo obsequio ad dilecti unionem consurgit et hoc quotienscumque vult sive de die sive de nocte vel millesies si corpus posset sustinere motibus sursum activis. Et quod ita sit exemplo materiali utar ad presens ut valeo. Considero motum lapidis suo pondere naturali descendentis ad centrum. Sic per pondus amoris affectus dispositus in deum sine omni cognitione vel deliberatione consurgit velud in suum centrum se extendens motibus suis se elevat et continuo desiderio cuius complementum et intuitus quietem in eterna beatitudine obtinebit nisi quis ad modicum tempus sicut est in raptu divina ministratione supra se raptus non naturaliter secundum gratiam sublevatur. Sed si hoc non potest percipere doctor speculativus vel scolasticus discipulus audiat ab apostolo qui fuit huius sapientie principalis ierarcha quam nullus sapientum grecorum intelligere potuit quia hec sapientia solum spirituali examinatione cognoscitur de qua loquitur ad Corinthios dicens. Spiritus noster spiritum divino unitus sentit que sunt eius et hec est sapientia quam inter perfectos loquebatur. Unde hoc est illud quod deus promisit apostolis cum dixit. Induemini virtute ex alto. Unde sicut sacerdos induit se a capite scilicet a parte superiori sic anima induitur a parte summi affectus unde primo tangitur igne spiritus sancti quam aliqua cogitatio veniat. Patet ergo evidenter quod anima vere amans potest consurgere in deum per affectum accensum amoris desiderio sine aliqua cogitatione previa vel concomitante etc. Deo gratias.

Explicit mistica theologia sapientia unitiva de deo.

Sit nomen domini nostri Ihesu Christi Nazareni crucifixi
benedictum et gloriose virginis Marie matris
eius totiusque curie celestis ex hoc nunc et usque
in seculum. A · m · E · N ·

ad 9m arm

Incipit Itinerarium mentis in deum secundum fratrem Bonaventuram ordinis fratrum minorum

Ad illuminationes creatoris nemo intrat nisi per crucifixum quoniam qui non intrat per ostium etc. Si quis non per ostium introierit ingredietur et egredietur et pascua inveniet et ideo Iohannes in apocalypsi ait Beati qui laverunt vestimenta sua in sanguine agni ut sit potestas eorum in ligno vite et per portas ingrediantur civitatem quasi dicat quod per contemplationem ingredi non potest in Iherusalem supernam nisi per sanguinem agni intret tamquam per portam. Non enim est dispositus aliquo modo ad contemplationes divinas que ad mentales ducunt excessus nisi cum Daniele sit vir desideriorum. Desideria autem inflammantur in nobis dupliciter scilicet per clamorem orationis que rugitum facit a gemitu cordis et per fulgorem speculationis qua mens ad radios lucis directissime et intensissime se convertit. Ad gemitum orationis per Christum crucifixum per cuius sanguinem purgamur et a sordibus viciorum lavamur primum quidem lectorem invito ne forte credat quod sibi sufficiat lectio sine unctione speculatio sine devotione investigatio sine admiratione circumspectio sine exultatione industria sine pietate scientia sine caritate intelligentia sine humilitate studium absque divina gratia speculum absque sapientia divinitus inspirata. Preventis igitur divina gratia humilibus et piis compunctis et devotis unctis oleo leticie et amatoribus divine sapientie et eius desiderio inflammatis volentibus vacare ad deum magnificandum admirandum et degustandum speculationes proponende sunt insinuans quod parum aut nichil valet speculum exterius propositum nisi speculum mentis nostre extersum fuerit et politum. Exerce te igitur homo dei primum ad stimulum conscientie remordentem antequam oculos eleves ad radios sapientie in eius speculum relucentes ne forte ex ipsa radiorum speculatione in graviorem incidas foveam tenebrarum. Item dicit Si quis sit perfectus in contemplatione et excessu mentis oportet quod relinquantur omnes intellectuales et eius operationes et apex affectus totus transferatur et transformetur in deum. Hoc autem est misticum et secretissimum et nemo novit nisi qui accipit et nemo accipit nisi qui desiderat et nemo desiderat nisi quem ignis spiritus sancti medullitus inflammat quem Christus misit in terram et ideo dicit apostolus hanc misticam sapientiam per spiritum sanctum revelatam. Quoniam igitur huius nichil potest natura modicum potest industria parum dandum inquisitioni et multum dandum unctioni parum dandum lingue et multum interne leticie parum est dandum verbo vel scripto et totum dei dono scilicet spiritui sancto nichil dandum creature et totum creatrici essentie patri filio et spiritui sancto dicendo cum sancto Dyonisio ad trinitatem deum superessentialis superdeus superoptime christianorum inspector theosophie dirige in misticorum eloquiorum superignitum et super superlucentem et sublimissimum verticem ubi nova et absoluta et inconvertibilia theologica misteria secundum superlucentem absconditum occulte docentis silencii caliginem in obscurissimo quod est supermanifestissimum supersplendentem et in qua omne relucet et invisibilium superbonorum splendoribus superimplentem invisibiles intellectus. Tu autem o amice circa misticas visiones corroborato itinere et sensus desere et intellectuales operationes et sensibilia et invisibilia et omne non ens et ens et ad unitatem ut possibile est inscius restituere ipsi qui est super omnem essentiam et scientiam. Etenim de te ipso et omnibus immensurabili et absoluto pure mentis excessu ad superessentialem divinarum tenebrarum radium omnia deserens et ab omnibus absolutus ascendens. Si autem queris quomodo hec fiant interroga gratiam non doctrinam desiderium non intellectum gemitum orationis non studium lectionis sponsum non magistrum deum non hominem caliginem non claritatem non lucem sed ignem totaliter inflammantem et in deum excessivis unctionibus et ardentissimis affectionibus transferentem qui quidem ignis deus est et huius caminus in Iherusalem et Christus hunc accendit in fervore sue ardentissime passionis quem solum percipit ille qui dicit Suspendium elegit anima mea et mortem ossa mea sine qua morte deum nullus videre potest. Non enim videbit me homo et vivet. Moriamur igitur tali morte ut ponamus finem sollicitudinibus et concupiscentiis et a fantasmatibus transeamus cum Christo ex hoc mundo ad patrem et cum David dicamus Defecit caro mea et cor meum et pars mea deus in eternum. Amen. Sequitur Petrus Damianus.

Pensandum est cum iam peccatrix anima a vinculis incipit carnis absolvi quod amaro fervore compungitur quantis mordacis conscientie stimulis laceratur. Recolit vetita que commisit videt mandata que implere contempsit dolet sese indulta penitentie tempora inaniter perdidisse plorat inevitabiles districte ultionis articulum ineluctabilis imminere manere satagit hic compellitur. Recuperare vult perdita non auditur post terga respiciens totius transacte vite cursum velut brevissimum unum itineris deputat passum. Ante

se oculos dirigit et infinita perpetuitatis spatia deprehendit. plorat itaque quod
intra tam breue spatium acquirere potuit letitiam sempiternam. Deflet etiam propter
tam breuem illecebre voluptatem inenarrabilem perpetue suauitatis obmisisse dul-
cedinem. Erubescit quia propter illam subiecit que vermibus est obnoxia illam neglexit
que choris erat angelicis inserenda. O si prius residuum temporis mereri potuis-
set quam deuote conuersationis iter arriperet qualia et quanta promitteret quantis se de-
uotionum vinculis innodaret. Intra dum erubescentes oculi contabescunt dum pectus
palpitat cum guttur hanelat dentes paulatim nigrescunt et quadam velut eru-
gine trahunt pallescunt ora membra cuncta rigescunt. Dum hec itaque et huiusmodi tam-
quam vicine morti precedentia famulantur officia adsunt omnia gesta simul et verba
et ipse cogitationes amarum aduersus auctorem testimonium reddunt. coaceruantur
omnia ante respicientis oculos et respicere refugit coactus et inuitus atten-
dit. Adest preterea hinc horrenda visio demonum turba illic virtus angelica in
illo qui medius est liquido deprehendatur cuius partis huius possessio vendicetur. Nam
si pietatis in eo videntur insignia inuitationis angelorum blanditiis delinitur at-
que armonice melodie dulcedine ut exeat prouocatur. Et si eum sinistre partis meritorum
nigredo et feditatis abundiceret intollerabili mox terrore concutitur impetus
violentia perturbatur precipitatur inuaditur atque de misere carnis ergastulo vi-
olenter eripitur ut ad eterna supplicia iam cum amaritudine detrahatur. Jam
vero post egressionem de corpore quis explicare valeat quot armate nequiorum
spirituum acies et insidiis lateant quot frequentes cunei ferralibus telis instruc-
ti iter obsideant et ne transire possit animam velut militari more constipate le-
giones obpugnant. hec et huiusmodi in corde versare. Quid est aliud quam lenocinan-
cia vite huius blandimenta respuere mundo repudium dare illicitos motus car-
nis elidere soliusque perfectionis adipiscendum propositum indeclinabiliter custodire. Amen.

Incipit prologus Sancti patris noſtri Baſilij
Super Regula quā ſpū ſācto ſibi reuelante·
conſcripſit ad monachos ſolitarios et cōuētua
les de modo ꝑfecte ⁊ catholice obſeruātie euā
gelice et religioſe vite omibus xp̄m ſequētib⁹.



Pdibus nempe eſt dmina
lex nō in atramēto et littis
exarata Sed in ſpū dei vi
uentis et nō in tabulis la
pideis figurata ſed ī actu
cordis hūani ꝯplantata·
Dij mētis oculis illūati
et ſemꝑ apetentes nō que
ſūt viſibilis ſpēi ſed intelligibilis Sciūt dili
genter quoniā nō ex ꝓp̄a ipoꝝ uirtute ſupcrāe
que ſūt ex maligno ſcandala poſſibile eſt Sed
ex inuīcibili ūtute dei· Qui vero dei uerbo
nō ſūt honorati neq̄ȝ lege dīna eruditi vane
inflati quia ſolo miſterio q̄ eſt ī cruce xp̄iani
ſaluantur aꝰ ꝯdēpnant̄. Quod eni eſt ī hoīs
poteſtate libeꝝ arbitriū ad eligendū ſolū aꝰ
nō eligendū reſiſtere dyabolo poſitū eſt. Nō
eni ad valendū habē penitus īperiū ꝯtra vi
tia· Niſi eni dn̄s edificauit domū et cuſtodie
rit ciuitatē in vanū vigilat cuſtodiens ⁊ labo
rat edificans· Jnpoſſibile eſt eni ambulaꝛe ſr̄
aſpidē ⁊ baſiliſcū et conculcare leonē ⁊ dra
conē niſi ꝓus in quātū ē poſſibile homī pur
ganti ſe ip̄m tribuat̄ abeo qui dixit ap̄ls
Ecce dedi uobis ꝑtatem ambulādi ſup̄ ſꝑpētes
et ſcorpiones ⁊ ſr̄ omem ūtutē īimici· Si eni
poſſet hūanitas nr̄a ſine omī armatura ſācti
ſpūs ſtare adūſſus ꝯcuſſiones diaboli nō uti
q̄ȝ diceret̄ ab ap̄lō deus autē pacis ꝯterat
ſatan ſub pedib⁹ vr̄is velociter Et iteꝝ que d9
ihūs interficiet ſpū oris ſui Ea ꝓpt̄ adiūctū eſt
nobis ī orōne obſecrare dn̄m Nō inducas nos
in teptacōꝫ ſȝ libeā nos amalo Si eni nō ꝑ melioīs
auxiliū liberati abignitis ſagittis maligni digni
ꝯficiam̄ adopcōne filioꝝ in vanū ꝯūſamur ſicut
longe aūtute ꝯtis exiſtentes· Jgitur volēs ꝑticeps
fieri dīne gloie et tamq̄ȝ in ſpeculo forma xp̄i
intueri in ꝑncipali ſeu ducatino debet ī ſatia
bili afectōne et ireplebili adheſione ex toto cor
de et ūtute die atq̄ȝ notte quēre dei opitulacōnē
Quā obtinere eſt in poſſibile niſi ſicut ꝑfatus
ſum̄ ꝑus quis diſcedat adelectacōne vitioſa mū
di ꝯcupiſcētiaꝝ et adūſāia ūtute Virtus eni
tenebraꝝ aūtute luminis aliena eſt Et opacō
maligtatis abona opacōne diſcors ⁊ ꝯꝫnea exiſ
tit Nempe igit̄ ſi diſcē vis cui⁹ grā̄ creati in
honore ⁊ colocati ſum⁹ in padiſo vltimo ꝯpati
ſum⁹ iumētis īſipiētib⁹ ⁊ ſimiles illis decidētes
ab ī maculata gloria· Cognoſce q꜓ ꝓpt̄ ī obedīētiā
ſui vicijs carnis facti nos ipos ex habitacōne de
iecim⁹ bt̄e regionis vincēti et in captiuitate

facti ſup̄ flumina babilonis ſedim⁹ Et q꜓ adhuc in egip
to detinem̄ nō dū hēditam⁹ fluētē lac et mel t̄ram
ꝓmiſſionis· Nō dū comaſſati ſum⁹ azimo ſincēitatis
et ūitatis ſed adhuc ſum⁹ ī fermēto carnis ⁊ malitie
⁊ Nō dū recepim⁹ exultacōnē ſaluatoris adhuc eni
ſtimulus mortis radicat⁹ ē ī nobis Nō dū īduim⁹
nouū homieꝫ qui ſcd̄m deū creatus eſt in ſācitate
et iuſticia quoniā nꝰ adinuenim⁹ exſpoliare vetere
homieꝫ qui corūpit̄ ſcd̄m ꝯcupiſcētias erroris Nō dū
eni ꝑtates ymagieꝫ celeſtis ꝯformes glōie eius fac
ti ſum⁹ adhuc eni ymagiem t̄reni ꝑtam⁹ Nō dū a
dorauim⁹ dn̄m ī ſpū et ūitate eo q꜓ adhuc regnet
peccatū in nr̄o mortali corꝑe Nō dū vidim⁹ glām ī
mortalis dei adhuc eni tenebre opant̄ ī nobis Nō
dū induim⁹ arma lucis qm̄ nō dū deſpoliauim⁹ te
nebraꝝ arma atq̄ȝ opa Nō dū traſſormati ſum⁹
renouacōnē mētis nr̄e adhuc eni ꝯfiguramur
huic mūdo mētis vanitate Nō dū ꝯclarificati ſu
mus xp̄o eo q꜓ ſimul cū eo nō ꝯpaciam̄ Nec dum
ſtigmata eius ī corꝑe nr̄o ꝑtauim⁹ facti ī miſterio
ꝯtis xp̄i adhuc eni ſum⁹ ī carnalib⁹ paſſioīb⁹ atq̄ȝ
ꝯcupiſcentijs Nō dū hēdes dei ⁊ cohēdes xp̄i facti
ſum⁹ adhuc eni ſpūs ſuitutis eſt ī nobis ⁊ nō
adopcōnis filioꝝ· Nō dū extitim⁹ templū dei et
habitaculū ſpūs ſācti adhuc eni ſum⁹ templū
ydoloꝝ et receptaculū ſpūum maligtatis ꝓpter
ī petū aduicia Nō dū dies illuxit nobis neq̄ȝ lu
cifer ī cordib⁹ nr̄is eſt ortus Nō dū recepim⁹ di
uine ſimilitudieꝫ neq̄ȝ effecti ſum⁹ deitatis eius ꝯnita
tores Non dū uulnerati ſum⁹ adiuino amore
neq̄ȝ plagati ſum⁹ aſpuali caritate ſponſi Nō
dū inviſibilē ⁊ miſtica ꝯiūone cognouim⁹ neq̄ȝ
eā que eſt ī ſātificacōne ūtute ⁊ pacē noſcim⁹
Et ut ſumati ſūa dicā Nō dū ſum⁹ gen⁹ electū
regale ſacēdociū gens ſācta ꝑplus aquiſicōnis qm̄
ſum⁹ ſꝑpentes geniminā vipperaꝝ Quo eni nō
ſūt ſꝑpetes qui ſup̄ t̄ra repūt ⁊ que ſūt t̄re ſapi
ūt ⁊ nō in celo ꝯūſacōnē habēt Quo nō ſūt ge
nimina vipperaꝝ qui ī obedictia xp̄i nō inueniūt̄
ſȝ ī ſꝑpentis inobia propt̄ea naq̄ȝ quō de iſtius
euent⁹ interitu lamētacōꝫ facia digne nō ī ve
nio Quo aūt exclamās lacrīmas efūdā adeū qui
ꝑt extra ꝑ ſequi moratē ī me errorē ignoro Quo
cātabo canticū dn̄i in t̄ra aliena Quo lugebo
exiliū Quo fugiā dirā pharaonis ſuitutē Quo exi
bo de egypto Quo traſſibo mare rubrū Quo ꝑ
t̄ribo magnū deſꝑtū Quo nō peribo morſſus
aſꝑpentibus Quo diſꝑdā gentes Quo recipiā
ī meis tabulis eloqnīa dīne legis Quo videbo
colūpnā veri luminis ⁊ nebulā que ē ex ſpū ſcō
Quo fruar mana ſempit̄ni alimēti Quo bibā
ex viuificate petra aquā Quo ꝑtraſſibo iordāeꝫ
⁊ introibo in t̄ram ꝓmiſſionis Quo videbo exēci
tus ꝑncipē que videns yoſue cādes ꝯfeſtī adorā
uit Si eni nō ꝑ omnia ſāctus diſꝑdā in me vitia
nō ingrediar ⁊ requieſcā in loco ſāctificacōnis
dei neq̄ȝ ꝑticeps fiā regis glōia Ergo feſtina
ī maculat⁹ filius dei fieri ⁊ introire ī illā regeꝫ
vbi precurſſor introiuit xp̄us feſtina deſcribi ī ce

lesti eclesia cū p̄mogenitis ut in vernaris in dextera
maiestatis altissimi ↄfestim intrare i sc̄am ciuita
tem supna ier̄lm ubi est padisus deliciarum hiis nā
q₃ et mirabilib⁹ rebus nō aliter dign⁹ fies nisi de
ducas lacrimas quasi torentē die ac nocte scdm eū
qui dixit iustū lauabo p singulas noctes lectū me
um lacrimis meis stratum meū rigabo Nō enī ig°
vas qui seminātes i lacrimis in exultacōe metent
Et iterum dt posuisti lacrimas meas i ↄspectu tuo sic
et i p̄missione tua Et fuerūt m̄ lacrime mee pa
nes die ac nocte Eo q̄ vēe ex multa t'bulacōne et
angustia cordis ⁊ cū inflamacōne viscerum effuse
lacrime in scia ūitatis cibus sūt aīe ministrat⁹ ex
celesti pane quo p̄cepue p̄ticipauit btā maria
sedens ad pedes dei et lacrimas fundens scdm ipm
saluatoris testimoniū Ait enī maria optimā p
tem elegit q̄ nō auferetur ab ea O multū p̄cio
sarum illarum margaritarum p̄ciū in effluencia btarum
lacrimarum obtitudo recte illi⁹ ⁊ bene obedientis
audicionis O acuitas spūalis amoris ad inma
culatū sponsū delata O stimulus aīe desiderii ad
dm̄ ūbū O ↄcors ↄmutacio sponsse ad sposū Imi
tare illā o fili imitare ad nichil aliud aspi
ciens nisi ad dicentē Ignē veni mittere in tra
et q̄d volo nisi ut ardeat Est enī inflamacio
spūs resuscitans cor quo i materialis ignis d'm⁹
illuminare aīas ↄsueuit ⁊ pbare tamq̄ aurum purum
in camino et maliciā quoq₃ ↄsumit tamq̄ spi
nas et stipulā Deus enī nr̄ ignis ↄsumens
est Dans ulcōne in flama ignis ↄsumes eos
qui eū nō nouerūt ⁊ qui nō obedierūt ewāo
eius. Iste ignis opatus fuit i aplis qui loq̄bātur
linguis igneis Iste ignis p̄ claritate paulum
circūfulsit sensū ante intuitus eius obtene
brauit Nō enī capit visus carnis illius lu
cis ūtute Iste ē ignis qui appauit moysi in
rubo Iste ignis in spē curus helyā de tra sur
sū rapuit Istius ignis opacione querēs
dauid dicebat. Proba me dn̄e et tempta me
ure renes meos ⁊ cor meū Iste ignis cor cleofe
et eius qui erat cū eo calefecit loquente saluatore
post resurrectōz ex mortuis Viri angeli et minstra
torii spūs hc igne p̄ticipant scdm q̄ scptū ē Qui
facis angelos tuos spūs ⁊ ministros tuos flamā ignis
Iste ignis trabē que est intus i oculo ↄburēs mū
du restituit i tellectū ut videat i desuper dei
mirabilia scdm eū qui dt Reuela oculos meos
⁊ ↄsiderabo mirabilia de lege tua Iste ignis demonū
est effugacio malicie oīs ↄbustiu⁹ et pcī i tēptiu⁹
Resurrectōis ūtus ⁊ i mortalitatis opacō clarum
sciarum illuminacō ⁊ racōnabiliū ūtutū disposicō huc
ignē i nobis excitem⁹ p̄uenire ut semp i luce am
bulātes nūq̄ uel ad modicū offendam⁹ s₃ sic lumina
ria i mūdo apparētes ūbū vite ↄtineam⁹ sempitne
Ut recepti in hiis q̄ sc̄ dī cū dn̄o nr̄o ihū x° regnem⁹ Am
Incipit Regula Sancti Basilii ad sanctū Gregoriū
Theologū Et p̄mo de laude vite solitarie -
Cognoui tuā eplam tamq̄ qui amicorum
pueros ex parēte in eis similitudie
ad parētes suos cognoscūt hoc autē
dicere nō magnū esse loci disposicōz
ut facia videlicet aggressū aliquē tue aīe ad eā
que nobiscū est vita Ante quoq₃ quā aliq̄ discas
de modo ⁊ ↄūsacōne Tuū vē erat hoc excogitare
et tue aīe oīa nichil ponetis que hic sūt ad repo
sitā nobis i p̄missionib⁹ beatitudinē Ego autē
que quidē facio ipe i extremitate hui⁹ noctis.
et dici scribe ↄfundor Nā delinques q̄dē que sūt
i ciuitate moras ⁊ atricciones sicut i nūabiliū
malorum occasiones me ipm vero nō dū delinquere
potui Sed similis sū i mari ob impericiā naui
gandi peuntibus qui nauis magitudini adūsant⁹ tamq̄
multā ↄmocione exhibentis et inde in lembū aut
nauiculā seu scapha traseūtes ubiq₃ naufragantur
Hesitāt ac aporiant⁹ ↄgradit⁹ enī eis formido ⁊ coleā
Tale igr aliq̄ existit q̄ nrm est Nā domestica singla
vicia circūferētes ubiq₃ cū similib⁹ tumultib⁹ sum⁹ Qua
re nichil magnū ac utile ex deserto isto lucrati sum⁹
Nā que quidē facē optet et vii nobis extitit approximare
vestigiis illius qui ad salutē instruit Si quis enī ait
uult post me venire abneget semet ipm ⁊ tollat crucē
suā ⁊ sequat⁹ me Istud est q̄ in quiete mēte hre op
bari ↄuenit Sicut enī oculū circūductū assidue et
nūc quidē ad planicies circulatū nūc ad supiora ⁊ in
feriora reuolutū videre manifeste subiectū nō est
possibile Eo q̄ nō firmat⁹ visus visibili si debet efficare
ipius facē intuitū Ita ⁊ mēte uel intellectū homīs ab
infinitis scdm mūdū curis circūtractū i possibile ē ma
nifeste et efficaciter intueri ūitatē Sz eū qui nō dū
quidem vinculis matrimonii est ↄiungat⁹ luxuriose ↄcu
piscencie ⁊ impetus dificile ↄteptibiles et amores di
famabiles p̄turbāt Eū autē qui iā est conexus qui
gio alter tumultus curarum recipit Si ē sine pueris
ↄcupiscencia puerorum In possessione autē puerorum enutri
cionis solicitudo uxoris custodia dom⁹ cura domesti
corum p̄uidencia lesiones ex ↄsiliis aduersus vicinos ob
iurgaciones iniuriis i plicacōnes mercacōnis p̄icula
agriculture fatigacōnes omī die p̄priam frustra feres
aīe obtenebracōem Noctes post die curas p̄capientes
in eisdem fantasiis seducūt mētem horum vō est fu
ga una sepacio ab omī mūdo A mūdo vō recessus.
nō eo q̄ extra ipm fias corpalr Sed q̄ aīa ↄpassione
ad corpus dirupat et fiat sine ciuitate sine domo
sine p̄prio sine amicorum amicicia sine possessiōe sine
subā sine rebus ⁊ negociis i altabilis i docibilis
in disciplinabilis t'renis ⁊ hūanis docmentis parat⁹
corde suscipe ex diuina scriptura factas informaciones
Preparacō vero cordis est obliuio corum que ex maliↄ
ↄsuetudie detinuerit ea doctrinarum Neq₃ enī est
possibile in cera scribē nisi p̄mo quis deleuit ex ea
impssos caracteres Neq₃ diuina aīe documenta appo
nere nisi ex ↄsuetudine p̄sumpcōnes eius expule
rit Sup hoc enī maxima utilitate desertū p̄bet
dormire faciens nr̄a vicia ⁊ vacacōne t'buens ūbo
penitus ea ab aīa recidē Sicut enī bestie facile
sūt expugnabiles obrige facte ita ↄcupie ⁊ ire et
timores ⁊ tristicie venenata aīe mala in dormici
one acta p̄ quiete ⁊ nō feraliter insurgencia fre
quenti incitacōne expugnabiliora ūtute ūbi fiunt
Esto igr locus talis qualis q̄dē est et nr̄ a comiciōe
homī liber ita q̄ a nullo corum que sūt extrīsecus
ↄtinuū excitacōis intercidat⁹ Exercitacō at pie
tatis aīam nutrit diuinis cogitacōnib⁹ ⁊ sensibus
Quid g° btm est magis q̄ angelorum chorum in terra
imitari Confestim q̄dē i ciato die ad orōnem
accedentē ⁊ hymnis ⁊ canticis venerari creatorē
deinde sole mūdo fulgēte cū exultacōe ad opa qū
ssum ubiq₃ ei orōne coerente ⁊ hymnis tamq̄ sale

conducere operationes. Et enim hilarem et sine tristicia anime dispositionem hympnorum consolacio donat. Solitaria quoque quies munditia est anime seu purgatio. Neque lingua loquente ea que sunt hominum neque oculis pulcros colores corporum circumspicientibus neque auditu robur anime abstrahente in audicionibus modulorum. Neque in verbis scurilium et derisorum hominum quod maxime habet naturam solvere anime firmitatem. Nam mens quidem non dissipata in exterioribus neque a sensibus in mundo perfusa redierit quidem ad se ipsam et per se ipsam ad cogitationes et intentionem de deo ascendit et ab illa pulcritudine circumfusa et illuminata eciam ipsius nature oblivionem accipit. Neque ad curas tibi neque ad operimentorum solicitudines animam abstractam habet. Sed vacationem a terrenis curis agens omnem suam festinantiam ad possessionem eternorum bonorum transponit. Quomodo dignatur ab ea castitas et fortitudo quomodo iusticia et prudentia et reliquas virtutes que cuique istis generalibus divise condecent singula que sunt ad vitam perficere. Suppono studiose et festino. Maxima autem via ad congruam inventionem existit meditatio a deo inspiratarum scripturarum. In eis denique et actionum repositiones seu apotece inveniuntur. Et vite sanctorum virorum conscripte quasi ymagines quedam animate conversationis que est secundum deum imitatori bonorum operum proponuntur. Et de quocumque ergo unusquisque se in digentiam habere sentit, illi asseveras quasi aggedam communem meditamenti loco convenientem invenietur infirmitati medicinam. Et amator quidem castitatis Ioseph ystoriam iugiter revolvat et ab eo castificatorias adiscet actiones inveniens eum non solum continenter adversus delectationes se habentem sed et contemptive ad virtutem adherentem. Fortitudinem autem animas instruitur a Iob qui non solum adversa vite eo decidente ex divite pauper et sine filiis in uno temporis momento permansit factus idem in humiliata ubique anime prudentia salvans. Sed neque amicos ad consoladum venientibus et furentibus contra eum ad iram concitatus est. Iterum intendens aliquis quomodo neque mitis in eodem et magnum furoris fiat, ita quod furorem quidem utatur contra peccatum, mansuetudine vero ad homines, inveniet David generosum quidem in bonis operationibus secundum deum mitem autem et immobile in inimicorum tribulacionibus. Tales Moyses magnus mitis contra se ipsum facta iurgia et detractiones ferens. Et ubi quod tamquam pictores cum ab ymaginibus ymagines scribunt frequenter ad exemplar aspicientes illorum caractere ad suum ipsorum festinant transportare diligens artificium. Ita oportet et festinantem se ipsum omnibus virtutis partibus facere perfectum quasi ad quedam sculpta signa vitas sanctorum aspicere et illorum bonum proprium facere per imitationem. Orationes iterum lectionibus succedentes iuniorem animam magis adultam ad dominum desiderio motam assumunt. Oratio autem pulcra est et efficax in anima intentam dei meditationem faciens et hec est dei inhabitatio per memoriam ipsius collocatum in se talem habere dominum. Ita efficimur templum dei cum non curis terrenis iuge dimemorie intenditur neque in expectatis viciis mens perturbatur. Sed omnia fugiens qui deum diligit in deum recedit et extra persequens advocantia ipsum ad maliciam adinventionibus ipsum ad virtutem agentibus immoratur. Et primum quidem omnium festinare convenit auctoritatem ubi non indisciplinate habere sed interrogare quidem absque litigio respondere vero sine arrogantia et fastu neque interrumpere alloquentem cum aliquid utile dicit. Neque concupiscentie ostentatione sui ipsius verbum immittere. Discere autem absque confusione et docere sine invidia. Et si quid ab alio accepit edoctus non abscondere sed predicare cum bono arbitrio parentem verbi. Tonus autem vocis medius prehonorandus est ita ut non effugiat auditum apparitate neque honerosus sit magnitudine distancie. Examinantem vero in se ipso que dicere debet et ita propalare sermonem. Affabilem in intuicionibus dulcem in colloqucionibus non per scurilitatem que delectat captantem sed plene consolatorem seu benignam quod mansuetum est habentem ubique quod asperum est eciam si increpare convenit deponentem. Namque te ipsum per humilitatem ita bene acceptus eris indigentibus curatione. Multociens autem optimus est nobis modus redargucionis prophete qui David peccatori non a se ipso subintulit diffinitionem condempnationis sed sub posito persone utens ipsum eundem proprii peccati consedentem fecit iudicem ita quod a se ipso contra se ipsum iudicium proferret. Nichil iam querele habes adversus arguentem. | De indumentis et cibo solitarii.

Concomitatur autem humile et deiectum sepe oculus vester et ad terram innuens habitus neglectus, cesaries inculta, vestis rupposa. Ita quod ea que faciunt lugentes secundum adinventionem eadem ex spontaneo arbitrio in vobis appareat. Tunica zona seu cingulum quidem neque super costas femineum enim est neque laxum ut deorsum tunica defluat levium enim et morbidum est. Et incessus neque tardus ut resolucionem anime accuset neque rursus intimus et accelleratus ut excedentes eius impetus declaret. Destinatio sine finis vestis unus sit operimentum esse carnis ad hieme et estate sufficiens. Neque in coloribus floridum vel coloratum sequatur, non in preparacione gracille vel molle. Et enim pulcritudinem coloris in veste exquirere vel habere equale est muliebri ornatui que illae adinveniunt alieno flore vel colore genas vel capillos suos tingentes. Sed neque grossicie ita habere debet tunicam ut non valeat illa foveri qua induitur. Calciamentum vile quidem secundum quod dignum est necessitate complens absque indigencia et penitus simpliciter sicut in vestimento arbitrium convenit quod necessarium est. Ita et in cibo panis complebit necessitatem et aqua curabit sitim et quecumque sunt ex seminibus ad pulmentum que ad necessarias indigentias corporum fortitudinem possunt salvare. Comedere vero non luxu et insana gula manifestantem sed ubique quod stabile est et morigeratum et circa delectationes sobrietatem et abstinentiam salvat. Neque tunc mentem otiosam circa dei intentionem habere sed ipsam escarum naturam et suscipientis corporis preparacione occasionem faciat divine glorificationis quomodo varias species escarum proprietati corporum congruentes ab eo qui cuncta dispensat excogitate sunt. Orationes ante cibum nos dignos efficere largicionibus que nunc dat et que in futuro reservat. Orationes post cibum gratiarum actionem danti orantes et peticionem promissorum. Una vero refectioni pretaxata que eadem secundum revolucionem diei occurrat. Ita quod ex viginti quattuor horis diei et noctis vix una sit pro corpore consumata. Reliquas vero exercitator vacet in operacione mentis. Sopni leves faciliter alterabiles naturaliter sequentes exilem dietam. Nam profundo sopno tenerivi capite gravato et resolutis membris in eo curare vacationem inhonestis prebere phantasiis in cotidianam mortem facit sic dormientes. Sed quod aliis diluculum est hoc exercitatoribus pietatis est medium noctis. Maxime vacatione anime nocturna quiete donante ea agere que sunt adversus delectationes. Et studens seu vacans circa filiorum curas multum abissum exhaurit solicitudinum quas diminuere longum esset. Ergo qui mundi vinculis liber esse gliscit vel dulciter optat nupcias tamquam

aliquos graues ꝯpedes effugit has at̃ fugiẽs sua
vita obtulit deo et castitatẽ ꝓfessus est ita q̃ nõ
viduas cohortetur quia no professione sed merito videtur
vna quoque prestare et hospitalitatis aput deu graciam
no perire qui potum aque frigide sicut in euangelio ipe me
morauit premio eternitatis remuneret amplissimo Et fa
vbertate compensset Nam si quis de gentilibus dixit quia
amicorum omnia esse debent Quanto magis debet esse cognato
cognatorum Cognati enim sumus qui in vna serie corporum co
pulamur sed tamen no prescripto quodam hospitalitatis fine
concludimur Cur enim proprium id q in seculo est putes cum que
est seculum aut cur priuatos terre deputes fructus cum tra
gens sit Respicite volatilia celi q no serunt neque me
tunt Et enim quibus nichil est proprium nichil deest Et sente
tie sue deus arbiter nouit sinu de promissum Denique aues
no congregant et redundant quia pater celestis pascit illas Nos
ante generalis monimenta sententie adusus proprios diui
tates omne inquit lignum q habet in se fructum seminis sa
tiui erit vobis in escam z oibus bestijs z oibus auibus
et omnibus serpentibus super terram Congregando egemus z congregando
vacuamur No possimus sperare promissum qui no seruamus ora
culum Salubre est igitur preceptum quod hospitalitatis ad
uertere ut hospitibus deferamus quia nos quoque sumus hos
pites mundi Quam vero sancta vidua que cum fame vrgere
tur extrema veneracione deo debita reseruabat Nec
solum sibi vsurpabat alimenta sed cum filio diuidebat ne
caro pignori superuiueret Magnum pietatis officium sed
religionis uberius Nam sicut nemmez filio optinuit
ante fri Ita prophetam dei et filio prefri debuit z saluti
Cui no exiguum victum sed vite sue omne subsidium esti
manda est detulisse que nichil reliquit sibi tam
hospitalis ut totum daret tam fidelis ut cito crederet
Ergo vidua no abstinencia tantum corporis diffinitur sed
uirtute signatur Cui precepta ego no do sed aplus tri
buit Honorificencia no solum impartior sed genum doc
tor prius detulit dicens viduas honora que vere vidue
sunt Si qua autem vidua filios aut nepotes habet discat primum
sua domum regere et mutuam vicem reddere parentibus
hinc aduertitur utroque pietatis affectum vidue adesse de
bere ut filios diligat parentibus deferat Ita dum ob
sequium parentibus impendit magisterium exercet in fi
lios Suo quoque se ipa remunerat officio cum id q alijs
defert sibi proficit hoc enim acceptum est coram deo Et
ideo si cogitas vidua que dei sunt debes id sequi q
deo placere didicisti Et super quidem scus aplus ad continen
ciam viduas cohortatur dixit eas cogitare que sunt
dni Alibi autem ubi eligitur vidua que probata est.

no solu cogitare pcipit sed etia sperare de dno Que eni vera
inquit vidua est et desolata sperat in dno et instat
obsecracoibus et oroibus die ac nocte Nec inmerito has
irreprehensibiles ostendit esse debere Quibus ut opus vir
tutis indicit ita etia honorificecia larga defertur ut
etia ab epis honoretur Qualis aut eligi debeat ipso doc
toris smone describitur Non minus inquit lx annoz que fue
rit unius viri uxor Non quo senectus sola viduam faci
at Sed quo viduitatis merita stipendia senectutis sint
Nam utiqz illa probacior que calore adolescentie fervescen
tem edomat iunioris etatis ardore Nec mariti grata
nec uberiora liberoz oblectamenta desiderans Quamqz
effeta iam corporis frigida etate matura nec calere vo
luptatibus potest nec sperare de partu Neqz vero si qua
in secundas nupcias incidit quas utiqz aplica precepta non
dampnat quasi fructu pudoris amisso Si rursus solu
ta fuit viro ab effectu virtutis arcetur habebit illa
quidem vel sero meritum castitatis sed probacior erit que
alterius non fuerit experta coniugium In illa eni studium
eminet castitatis hinc aut senectus aut pudor modum
videtur fecisse nubendi Nec sola tamen castitas cor
poris vidue fortitudo est Sed magna et uberrima dis
ciplina virtutis que in operibus bonis testimonium habeat
Si filios educavit si hospicio peregrinos recepit si scoz
pedes lavit si tribulacionem pacientibus ministravit Si
postremo omne opus boni fuerit subsecuta vides quam
multas virtutum comprehendit disciplinas primum pietatis
officium secundo hospitalitatis studium et humilitatis obsequium
tercium munus ministerium liberalitatis qz subsidium ad summa
sis execucione boni operis flagitavit Et ideo adole
scenciores devitandas putat eo quod non valeat tante
opa implere virtutis Et eni vicina est lapsibus ado
lescentia Quia variaz estus cupiditatum furore ca
lentes inflammat etatis Boni qz doctoris est materiam
cavere peccati prima eni institucionis est disciplina
culpa avertere secunda virtute infundere Tamen cum scire
vit aplus annam illam ab adolescentia octogenariam
viduam diuturnoz operum extitisse preconia Non puto
quod iuniores revocandas putaverit a viduitatis affectu
maxime cum dixerit melius est nubere quam uri Nam
utiqz pro remedio nupcias suasit ut peritura sa
netur Non pro electione perscripsit quod casta contineris
sequatur Aliud est eni subvenire labenti aliud
suadere virtuti Et quod de humanis iudiciis loquar
cum divinis iudiciis in nullo gravius iudicari dnm lesi
sse prodantur Quam quod vidue graviam minoz qz iura
violaret hec prophetiis votibus causa clamatur
que meritum iudicis reiectionis invexerit hec
sola causa delicti vindictam mitigatura meo
ratur Sic eni ait Iudicate pupillo defendite
viduam et venite arguite me dicit dns Et alibi
viduam eius benedicens benedicam In quo etiam quod fi
gura protexit Videtis igitur sancte vidue nequaquam
qua lubrico munus studio deserere dum quod divine
benediccionis subsidiis honoratur Quid vero
illud ut ad superiora redeamus Quoz cum in omni
terra esset fames maxima vidue tamen de
cuma non defuit ad qz adalendam ea propheta di
rectus est In quo cum me admoneat de quo quod ad
misterium videtur solicitare aures Quid eni ve
rius xpi et ecclesie potest esse misterio Non igitur ociose

inter multas viduas una perfertur Que eni talis adq
tantus propheta qui ad celum raptus est dignatur eo presti
tempore quo clausum est celum annis tribus et mensibus sex
quando facta est fames magna in universa terra ubiqz ergo
fames erat et adhuc hec vidua non egebat Qui sunt
isti tres anni forte illi quibus dns venit in terris et fructum
invenire non potuit in ficulnea Hec est profecto vidua
illa de qua scriptum est letare sterilis que non paris erumpe
et exclama que non parturis Quoniam multi filii deserte
magis quam illius que habet virum Et bene vidua cui benedi
catur Ignominie et viduitatis tue non eris memor Quia
ego dns qui facio te Et fortasse ideo vidua quia amisit
virum sedm corporis passionem sed in die iudicii filium hominis
receptura quem amisisse visa est Tempus eni breve in
quit dereliqui te ut gloriosius sed fide relicta fuerat
habet itaqz omnis quod inveniuntur ex virgines nupte
vidue Et fortasse ideo etiam virgo nupta vidua Quia
unum corpus in xpo sunt Hec igitur illa vidua est propter quam
ubi celestis siccitas cum esset in terris prophete sunt destinati
Erat eni que sterilis erat sed partu suo tempore resonabat
Unde nec illius nobis videtur persona mediocris qui
arida terra ubi rigavit rore celesti clausum qz celum
non humana utiqz potestate reseravit Quis eni est
qui celum potest aperire nisi xpus Cui cotidie de pectoribus
ab ecclesie cumulo congregatur Neqz humane facultatis est
dicere ydria farine non deficiet et vas olei non deficiet
usqz in die quo dabit dns pluviam super terram Nam licet
mos sit ita proferri prophetis tamen hic vera vox dei est Ideo
premissum est quia hec dicit dns Deum est eni perpetuitate sacra
mentoz spondere celestium et non defuturam spiritualis exul
tacionis graciam polliceri largiri munimenta vite fidei si
gnacula dona virtutum Quoz est autem usqz in illum diem quo
dabit dns pluviam super terram Nisi quia descendet sicut
pluvia in vellus et sicut stillicidia stillancia super terram
In quo veteris misterium resonatur ecclesie Quo facto Ge
deon mistica cernimus preliator future capiens in signe
victorie spirituale sacramentum vigore mentis agnovit pluviam
illam ubi rore esse divinum que primo pluit in vellus
cum terra omnis perhennis siccitatibus estuaret Secundo vero indi
cio universam terram fuso imbre madefecit cum siccitas es
set in vellere Advertit eni vir presagus future ecclesie cres
centis in signe Nam primo in terra iudea divinum cepit ros
sermonis humescere Notus eni in iudea deus cum arido
fidei tocius orbis universa torreret Sed ubi Joseph gre
ges dni negare ceperunt Et ausu in manum delictoz
contrahere divinitatis offensam tunc ponis terris fuso in
bris rore celestis populus iudeoz estu perfidie sue
cepit arescere Cum ecclesiam sanctam ex oribus terraz partibus
congregatam prophetice nubes et salutaris imber aplicus
irrigaret Hec est illa pluvia non terraz humido non
nebuloso genita motu sed celestium scripturaz salub
per totum orbem difusa ymbre ostendit Exemplo igitur
non omnia esse divine meri miracula potestatis Sed eoz
quibus religiose devocionis studia suffragentur Et di
mini eos fructu operis abdicari Qui reverentie sunt
celestis exsortes ostendit etia in misterio quod admonstrau
randa ecclesiaz dei filius humani corporis sacramenta sus
cepit Abdicato populo iudeoz quibus consiliaris et
propheta beneficioz qz adepta sunt miracula divinoz Eo
quod tamen quodam invidie nevo in dei filium credere nolue
runt Docemur igitur scriptura quanta collacione gracie quantum
etia sit munus divine benediccionis in viduis Quibus
quoniam honorificentia adeo tanta confertur est

adu̅tere qualis debeat vita cōpetere docet eni̅ Anna
quales deceat esse viduas Que in maturo mariti obitu
destituta mature tame̅ adeo laudis remuneratorem invenit
Non minus religionis officio quam studio castitatis in ista
vidua in qua lxxxiiii^or annorum vidua que non discederet
de templo vidua que ieiuniis et obsecracionibus die ac
nocte serviret vide qualis vidua predicetur vnius viri vxor
etatis quoque iam probata perfessu invida religioni et effe
iam corpore Cum diversorium in templo colloquium in prece
vita in ieiunio Que dierum noctium que temporibus in defes
se devotionis obsequio cum corporis agnosceret senectute
pietatis tamen nesciret etate Sic instituitur animi
tute vidua sic predicatur in senectute veterana Que vi
duitate non occasione temporis non in becillitate corporis
sed virtutis magnanimitate servavit Et enim cum dicitur septem
annis eam cum viro fuisse a virginitate sua ab adolescencie
utique studiis inchoata predicat subsidia senectutis de
cerner ita quod triplice castitatis esse virtutem vna coniuga
lem alia viduitatis tercia virginitatis Non enim sic vnam
predicamus ut excludamus alias sed omnes quibusque professionibus
ista conducunt In hoc ecclesie opulens disciplina est quos
preferat sed quos reiciat non sed atque utinam hec nunquam pos
sit Ita igitur virginitatem predicamus ut viduas non reici
amus Ita viduas honoramus ut suus honor coniugio reser
vetur non nostra hoc precepta sed divina testimonia docent
Reuinseamur denique que ad modum Zusanna laudetur Et
qui non laudes earum tantummodo predicande sunt sed sequende
Reuinseamur ubi Zusanna ubi Anna ubi Maria sunt reperte
Et adu̅tamus que admodum singule aptis laudibus pre
dicentur et ubi nam commoretur Nupta in paradiso vi
dua in templo virgo in secreto sed in illis tardior fructus
in virgine maturior Illas senectus probat virginitas laus
etatis est Nec adiumenta quint annorum quod omni est fruc
tus etatum adolescencia decet iuventute ornatur apli
ficat senectute Omni quod cuo sed iusticie sue canos ma
turitate gravitatis velamine pudoris Cum devotionem
non impediat religionem augeat Adu̅tamus enim exse
quentibus Anna quot annis in die solempnis pasche Sancta
Maria cum Ioseph Ierusalem petebat ubi que in pagina devo
tio ubi que assiduus virgini comes pudoris adiungitur
Nec inflatur domini mater quasi secura de meritis sed
quo meritum maius agnovit eo votum uberius ex
solvit officium copiosius detulit nunquam religionis
vexit misterium tempus in plenit Cavato igitur vos
magis convenit intentas esse studio castitatis ne
locum sinistre relinquatis opinioni que pudicicie
testimonium in solis habetis moribus Virgo enim licet
in ea maior sit morum progativa quam corporis calum
pnia tamen integritate carnis abiurat Vidua que
probande virginitatis subsidium amiserit non in voce
obstetricis sed in suis moribus sed castitatis examen
docuit ergo scriptura quam atentus vidue esse debeat
et religiosius affectus docuit eciam libro eodem sed
alio loco Anna misericorde in pauperes et liberalem esse
convenit Nec paupertatis debere contemplatione revo
cari Anima liberalitas non cumulo primorum sed
largitatis diffinitur affectu denique divina voce illa
vidua omnibus ante fertur de qua dictum est vidua
hec plus omnibus misit In qua moraliter dominus insti
tuit vniversos ne quis acolacione misterii paupertatis
pudore revocetur Nec sibi divites blandiantur quod plus
videantur conferre quam pauperes Uberior est enim talium

e parvo quam tesaurus e maximo Quia non quantum detur
sed quantum residet expeditur Nemo plus tribuit quam
qui nichil sibi relinquit Quid tu dives egenum te compara
tione iactas Et cum tota honereris auro preciosam per humum
trahens vestem Quasi inferior tuis et parva divitiis
honorari desideras quia inopem collatione vicisti Et
flumina super fluunt cum redundant Gracior tamen haustus
e rivulo est Spumat et musta dum fervet nec dampna
putat agricola quod defluxerit Gementibus arcis dum
reditur messis frumenta desiliunt Sed deficientibus men
sibus non deficit ydria de farina et plena olei testa
desudat Exinaniunt tamen dolia divitum paucitas cum
vidue pauxillum olearium redundaret Non ergo quod fasti
dio expuas sed quantum devotione conferas estimandum
est Denique nulla plus tribuit quam illa que de alimen
tis filiorum pavit Abraham Et ideo quia nulla plus contulit
nulla plus meruit hec moraliter Nec mistice tamen
despexeris hanc mulierem in gazofilacium duo era mit
tentem Magna plane femina que divino iudicio meruit
omnibus ante ferri Ne forte illa sit que de fide sua ad sub
sidium hominum duo testamenta contulerit Et ideo nulla
plus fecit Nec congnam hominum quantitate potuit colla
tioni eius equare que fidem cum misericordia copulavit Et
tu igitur quecumque vita studio viduitatis exerces ne
dubites ad gasophilacium duo era mittere vel fidei
plena vel gracie felix illa que de thesauro suo integram
regis ymaginem profert thesaurus suus sapiencia
thesaurus castitas atque iusticia est thesaurus intel
lectus bonus Qualis ille thesaurus fuit de quo
magorum viri aurum thus et mirram cum adoraret dominum
contulerunt Auro regis potenciam declarantes deum thu
re venerantes mirra resurrectorem corporis confitentes
habes et tu thesaurum hunc si in te requiras habemus
et enim thesaurum in vasis fictilibus habes aurum quod con
feras Non enim renitentis metalli precium de te deus exi
git sed illud aurum quod in iudicii die nequeat ignis exu
rere Nec dona preciosa deposcit sed odore fidei quem
altaria tui cordis exalent et religiose mentis
spiret affectus Ex hoc igitur thesauro non solum
magorum tria munera sed eciam duo vidue era pro munit
in quibus integra celestis ymago regis efulgeat
splendor glorie eius et ymago substancie Bona et
illa plane laboriose stipendia castitatis que de
suo ope cotidiano quod penso conferat vidua nocturnis
pariter ac diurnis iugi exercens labore pensa tem
poribus et pudicicie questuose per vigil ope mercede
congregas ut intemeratum defuncti coniugis cubile
custodiat alere dulces liberos posset ministrare
pauperibus hec est preferenda divitibus hec est
que Christi iudicium non timebit hanc emularer filie
Bonum est enim emulari in bono semper emulamini me
liora carismata Spectat vos dominus spectat in qua
Ihesus cum ad gasophilacium acceditis et de bonorum
operum mercedibus stipem pietatis egentibus conferenda
Cavatum est igitur ut era tua conferas et Christi corpus
acquiras Noli ergo vacua prodire in conspectu domini dei
tui Vacua misericordie vacua fidei vacua castitatis
Non enim inanes dominus sed virtutibus opimas spectare
Ihesus et laudare consuevit Videat te adolescen
tula laborantem videat ministrantem hec est enim
merces quam deo debes ut de aliarum quoque profecti
bus mercedem tuam deo conferas Nulla merces deo

melior quam ea que habet pietatis munera An vero mediocris tibi vidua illa videtur Non enim que viduitate sua messis manipulis sustentabat aliene quam eos gravie alebat nurus Nam hoc quoque et ad subsidium et graciam viduarum proficit ut ita instruat nurus suas quo possint in hiis mature hre subsidium senectutis et quasi stipendium magisterii mercedem quoque sue cape discipline Et enim que bene instituerit bene erudierit nurum suam Ruth ei deesse non poterit que viduitate socrus prime domui preferat Et si vir quoque eius mortuus fuerit non relinquat tamen Alat in ope consoletur merentem nec dimissa discedat Nescit enim egere optima disciplina Sic illa noemi duobus destituta filiis et marito Que fructus fecunditatis amiserat pietatis emolumenta non amisit Nam et solacium meroris et subsidium paupertatis invenit Videtis igitur sancte femine quam fecunda sit vidua plena virtutum meritorum quam suorum sobole que parere non possit Bona igitur vidua egere non novit et si fessa fuerit etatis et suprme paupertatis erudicionis tam sue solet hre mercedem Et si proximi defuerint inveniet tamen extraneos qui matrem colant revereantur parentem parvisque alimentorum sumptibus mercedem cupiat sue comendacionis acquirere plus enim vidue rependunt multa quam cibus quantus sumptus impendit Sed tristes videtur ducere dies et lacrimis tempus exigere hoc beatior quod eterna sibi gaudia exiguis fletibus emit parvisque momentis tempora acquirit eterna Quibus hoc dicitur Beate que fletis quia ridebitis Quis igitur falsas puciu ymagines gaudiorum future securitatis preferat voluptati An despicabilis vobis auctor videtur Ille domini corporis auctor electus Qui cinerem sicut panem manducabat et potum cum fletu miscebat Ut vespertinis lacrimis matutine sibi leticia redempcionis conquireret Unde igitur plurimum gaudere meruit nisi quod plurimum flevit Et tamquam lacrimarum suarum precio future sibi glorie graciam comparavit Habet igitur vidua bona comendacionis materia sue ut dum virum luget fleat seculum Et in premium sunt lacrime redemptrices dum expenduntur Mortuus vinctibus profuture paratus est mestitudine animi fletus oculorum miam consiliat laborem minuit dolorem alienat sinat pudorem Nec iam misera sibi videatur que consolacionem in lacrimis habet in quibus sunt caritatis stipendia pietatis officia Sed nec fortitudo bone vidue deesse se consuevit Hec enim vera est fortitudo que nature usum sexus infirmitatem mentis devocione transgreditur Qualis in illa fuit cui nomen Judit Que viros obsidione fractos perculsos metu tabidos fame sola potuit ad comunionem revocare ab hoste defendere Et enim ut legimus cum holofernes successu militorum terribilis preliorum inter muros inclusa virorum milia coegisset armatis parentibus et de extrema iam sorte tractantibus extra murum processit et illo prestancior exercitu que liberavit et eo forcior que fugavit Sed ut discas mature viduitatis affectum seriem ipsam persequere scripturarum A diebus enim viri sui quibus ille defunctus est vestem iocunditatis deposuit meroris assumpsit per omnes dies intenta ieiunio Sabbo tantum et dominica secretisque temporibus feriarum non refectioni indulgens sed religioni deferens hoc est enim sive manducatis sive bibitis in nomine domini ihesu xpi agenda esse omnia ut eciam ipsa refectio corporalis sacro religionis cultui deferatur Dimitur nis igitur meroribus et cotidianis roborata

ieiuniis Sancta Judith que seculi oblectamenta non quereret periculi negligens mortisque contemptu forcior ut cometo sterneret dolum veste illa iocunditatis qua vivente viro vestire solebat se induit Quasi placitura viro si piraz liberavret Sed virum alium videbat cui placere querebat Illum utique de quo dictum est post me venit vir qui ante me factus est Et bene cingulares pugnatura resumpsit ornatus Quia monile et cingulum arma sunt castitatis Neque enim vidua aliis aut placere posset aut vincere Quid cetera persequamur quod inter tot milia hostium casta permansit Quid eius sapienciam predicemus Ex huiuscemodi est cometa consilium ut dum potentem elicit intemperancia a se inferiores arceret occasionem pararet victorie abstinencie intuitu pudicicie graciam reservaret Nec cibo enim maculata nec adulterio Non minorem servate castitatis ex hostibus revexit triumphum quam prelibate Quid sobrietatem loquar temperancia enim est utriusque feriarum Inebriatis vino viris et sopno sepultis abstulit vidua gladium Exeruit manum bellatoris abscidit caput per medias hostium acies intemerata processit Advertitis igitur quantum mulieribus nocere possit ebrietas quando viros vina sic solvunt ut vincantur a feminis Esto igitur vidua temperans casta primum vino ut possis esse casta ab adulterio Nequaquam te ille temptabit si vina non temptent Nam si Judit bibisset dormisset cum adultero Sed quia non bibit haut difficile ebrios exercitus vinum sobrietas vincere potuit et eludere Nec dextere tantum hoc opus sed maiora opera sapiencie Nam manum solum holofernem vicisset consilio autem omnem hostium vicit exercitum Suspenso enim holofernis capite quod consilio virorum non potuit excogitari suorum erexit animos hostium fregit Suos pudore excitans hostes quoque terrore pellens eo quod cesi sunt et fatigati Ita unius vidue temperancia et sobrietas non solum naturam suam vicit sed quod est amplius fecit viros eciam forciores Nec hiis tamen elata successibus Cui utique gaudere et exultare licebat iure victorie viduitatis reliquit officium Sed contemptis omnibus qui eius nupcias ambiebant vestem iocunditatis deposuit viduitatis resumpsit nec triumphorum suorum amavit ornatus Illos estimans esse meliores quibus vicia corporis quam quibus hostium arma vincuntur Ac ne una vidua tantum hoc opus inimitabile aliis videatur implesse plures alias vel pariles vel proxime fuisse virtutis nequaquam dubitandum videtur Bona enim seges plurimas spicas fructu refertas ferre consuevit Nec dubites illa veterum segetum temporum in qua plurimum feminarum moribus fecunda esse Sed quod prolixum est complecti omnes cognoscite aliquas et precipue delboram cuius nobis prodidit scriptura virtutem Hec enim docuit non solum viri auxilio viduas non egere verum eciam viris posse esse subsidio Que nec sexus infirmitate revocata munia virorum obeunda suscepit et suscepta cumulavit demque cum iudei iudicum regerentur arbitrio qui virili non poterant vel equitate regi vel virtute defendi bellis hinc inde ardentibus delboram sibi cuius regerentur iudicio cooptarunt Ita quod multa milia virorum una vidua et in pace rexit et ab hoste defendit Multi iudices in israel sed nulla ante iudex femina Multi iudices post yosue sed nullus propheta Et ideo lectum istius puto iudicum et gesta eius arbitror esse descripta ne mulieres a virtutis officio muliebris sexus infirmitate revocentur Vidua populos regit vidua ducit exercitus Vidua duces eligit vidua bella disponit mandat triumphos Non ergo natura e rea culpe nec infirmitati obnoxia strenuos.

cui non sexus sed virtus facit. Et in pace quidem nulla que
rimonia nullus error mulieris invenitur. Cum plerique
non mediocrium viror auctores populo suo iudices
extitissent. Ubi vero cananea gens ferox prelio et aflu
encium copiarum opima successu hostiles in populum
iudeorum animos extulerunt. Vidua preces bellicos in
struxit apparatus. Et ut discas non publicis copiis do
mesticas necessitates fuisse subnixas sed domesti
cis disciplinis munus publicum fuisse gubernatum do
mo propria filium ducem producit exercitus ut agnoscatis
quod possit instituere vidua bellatorem. Que quasi
mater erudit quasi iudex proposuit quasi fortis
instituit quasi prophetes victorie certa transmisit.
Denique in mulieris manum summam fuisse victorie do
cet barach filius dicens Nisi tu venis mecum non
ibo. Quia non novi diem in qua dirigit dominus angelum
suum mecum. Quanta ergo femine istius virtus cui
dux dicit exercitus nisi tu venis non ibo. Quanta inquam
vidue fortitudo que a periculis filium nec materno
revocavit affectu ymo ad victoriam filium studio ma
tris hortatur dicens quod in manum mulieris sit summa
victorie. Delbora ergo prelium prophetavit eventum
Barach iussus producit exercitum. Yahel cepit triphum
Huic enim prophecia delbore militavit. Que misti
ce nobis ortum surrecture ex gentibus ecclesie revela
vit. Cui triphus de sisara spirituali hoc est de adversa
riis potestatibus quereretur. Nobis igitur prophetiarum
oracula divinitarunt. Nobis illa prophetarum iudicia
et arma vicerunt. Et ideo non populus iudeorum sed
etiam yahel victoriam de hoste quesivit. Infelix ergo
populus qui hostem quem fugavit persequi fidei vir
tute non potuit. Itaque illorum delicto salus gentibus
illorum desidia nobis servata victoria est. Yahel ergo
prostravit Sysaram. Quem tunc corusco duce hoc enim
significat interpretatio barach manus veterum fuga
verat iudeorum. Frequenter enim ut legimus orationibus
et meritis prophetarum celestia patribus affuere subsidi
a. Sed in hiis ea tunc de nequiciis spiritualibus victoria
parabatur. Quam ambis dicitur in euangelio Venite benedicti
patris mei possidete paratum vobis regnum a constitucione
mundi. Ergo principium victorie a maioribus suis ecclesia
Ecclesia autem non armis secularibus vincit adversarias
potestates. Sed armis spiritualibus que sunt fortia a deo
ad struendas municiones et ad altitudinem nequicie
spiritualis. Et ideo sysare sitis lactis poculo restringitur
quia oratione superatur. Oratio enim nobis salutaris adesca
hoc adversarie potestati letalis ad infirmitatem ar
ma ecclesie fides arma ecclesie oratio est que adversarium
vincit. Ergo secundum hystoriam ad provocandos animos
feminarum femina iudicavit femina disposuit femina
prophetavit femina triumphavit. Et preliaribus inter mixta
copiis imperio viros docuit militare femineo. Secundum
misterium vero fidei milicia ecclesie victoria est. Non
ergo habetis quod pro natura vos excusetis femine.
Non habetis vidue quod ad infirmitatem sexus ad ad
missionem subsidii maritalis mobilitatem vestram re
ferre possitis. Satis unicuique presidii est si virtus a
nimi non desit. Et ipse in viduis frequens processus
etatis munimen pudoris est. Et ipse amissi coniugis
dolor usus operis domus cura solicitudo noxiam

pudori solet arcere lasciviam. Atque ipse lugubris habitus
pompa funebris fletus assiduus et meste frontis in
aratibus rugis impressa tristicia petulantium perimunt ocu
los restringit libidines provocatores aufert aspectus. Bonus
custos pudoris pietatis dolor non obripit culpa si cura
non desit. Didicistis igitur vidue subsidio vos non egere
nature et posse salubritatem tenere consilii. Nec domes
tico egere presidio. Que etiam publice potestatis apicem
potencie vendicare. Sed forte dicet aliqua ei tollera
biliorem viduitatem cui confluat res secunde adversis vero
viduas cito frangi facille succumbere. Demque et si ipsa
docean visu leta viduis lubrica magis esse quam se
ria. Tamen scripturarum instruimur exemplis. Infirmati
bus quoque viduis non deesse solere subsidia facilius quam
quam ceteris divina atque humana suppetere. Si bene filios
instituat generos rogat. Denique cum socrus symonis
magnis febribus detineretur petrus et andreas roga
verunt dominum pro ea. Et stans super illam imperavit febri
et dimisit illam. Et continuo surgens ministravit illis
magnis inquit tenebatur febribus et rogaverunt illum
pro ea. Et tu habes proximos qui pro te supplicent. Habes
apostolos proximos habes martires proximos. Si ipsa marti
bus devocionis societate misericordie quoque muneribus appro
pinques proximus est enim qui misericordiam facit. Fac et tu misericordiam
et eris petro proxima. Non carnis necessitudo sed virtutis
cognatio facit proximos. Quia non in carne laboramus
sed in spiritu. Quia ergo propinquitate petri affinitate andree
ut pro te roget et recedat cupiditates tue verbo dei pul
se. Surgas illico que in terris iacebas ut christo ministres
Nostra enim conversacio in celis est unde et salvatorem expec
tamus dominum ihesum. Nemo enim iacens christo ministrat quam mini
stra pauperi et ministrasti christo. Quod enim uni horum fecistis
mihi fecistis. Habetis ergo vidue auxilium. Si tales vo
bis generos posteritatis vestre patronos tales proxi
mos eligatis. Ergo rogaverunt pro vidua petrus et
andreas. Utinam existat aliquis qui tam cito posset
rogare pro nobis vel certe iste qui pro socru rogatus
petrus et andreas frater eius. Tunc enim pro affinitate
poterant. Nunc iam possunt pro nobis et pro omnibus impetrare
videtis enim quod magno peccato obnoxia minus ydonea
sit que pro se precetur. Certe que pro se impetrat adhi
beat igitur ad medicum alios precatores. Egri enim
nisi ad eos aliorum precibus medicus fuerit invitatus
pro se rogare non possunt. Infirmata est caro mentis egra
est et peccatorum vinculis impedita ad medici illius
sedem debile non potest explicare vestigium. Obsecrandi
sunt angeli qui nobis ad presidium dati sunt. Et mar
tires obsecrandi quorum videmur nobis quodam corporis
pignore patrocinium vendicare. Possunt peccatis
rogare nostris qui proprio sanguine etiam si qua habue
runt peccata laverunt. Isti sunt enim dei martires
nostri presules speculatores vite actuumque nostrorum.
Non erubescamus eos intercessores nostre infirmitatis
adhibere. Quia ipsi infirmitatem corporis etiam cum
vincerent cognoverunt. Invenit ergo petri socrus qui
pro se rogaret. Et tu vidua invenis qui pro te sup
plicent. Si quasi vidua et vere desolata in deum
speres instes obsecracionibus insistas orationibus
afficias corpus tuum quasi cotidie moriens ut mo
riendo remissius fugias delicias ut etiam egra
sanceris. Nam que in deliciis est vivens mortua est.

Sublata tibi est causa nubendi habes qui pro te intre-
dat/ ne dixeris destituta sum Querela nupture est Ne
dixeris sola sum castitas sollitudinem querit/ pudica secre-
tum impudica conuentum Sed negocium habes et intercessores
aduersarij veris aput iudicem pro te dominus interuenit Judicate
te pupillo et iustificate viduam Sed patrimonium vis tueri
mariti pudoris est patrimonium quod melius regit vidua
quam nupta Sed seruus peccauit/ ignosce melius est enim
alterius culpam feras quam tua perdas Sed vis nubere licet
non quidem omen simplex voluntas causam non quero cur fin-
gitur Si honestum putas fatere Si incongruum sile ne accu-
ses diem Ne accuses propinquos Et presidia tibi desunt vtinam
non desit voluntas Ne te compellere liberis dicas quibus ma-
trem eripis Est enim quod facultati licet etati non licet
Cur matrem parantur nuptie inter nuptias filiarum Et plerumque
Sed post nuptias Cur adulta filia discat prius sponsum
matris erubescere Suasimus fateor ut vestem mutares
non ut flameum sumeres ut a sepulcro recederes non ut
talamum pareres Quid sibi vult noua nupta post ge-
neros Quam indecorum est iuniores tuis liberos quam
nepotes Sed ad propositum reuertamur Ne si morbo dolemus
vulnera peccatorum medicum relinquamus et dum alienis
medemur vlceribus vlcera nostra cumulemus Rogatur
ergo hic medicus Ne timeas quia magnus est dominus et fortas-
se ad egram dedignetur venire venit enim ad nos sepe
de celo Nec solum diuites sed etiam pauperes solet et famu-
los pauperum visitare venit et nunc rogatus ad petri
socrum Et stans super illam imperauit febri et dimisit il-
lam et continuo surgens ministrabat illi Sicut dignus
memoria ita dignus desiderio dignus etiam caritate
omnium in singulos dignacionis affectus Et facta mi-
randa visitare viduas non dedignatur et tugurij
vilis penetrare angusta Quasi deus imperat quasi
homo visitat Generis euangelio pro quo etiam nos Qui
oculis nostris venientem in hunc mundum non vidimus christum
videmus ei dum facta eius legimus inter esse Ut sicut
illi quibus appropinquabat fidem mutuabat ex illo
Ita etiam nobis dum gesta eius legimus appropinquat Vi-
des qualia habeat genera sanitatum imperabat/
febri imperabat spiritibus immundis Alibi ipse imponit
manus non solum ergo verbo sed etiam tactu curare egros con-
sueuit Et tu igitur que varijs mundi estuas cupidi-
tatibus vel forma viri alicuius capis vel pecunia
Roga christum adhibe medicum porrige ei dexteram tu-
am Tangat interiora tua dei manus verbi quia celes-
tis gratia interiorum venas scrutetur animorum pul-
set dei dextera secreta cordis alijs oculos luto in-
linuit/ ut videre posset Creator quia omnium docet nos
nre meores debere esse nature et corporis cinere
vilitate Nemo enim magis potest videre diuina ni-
si qui humilitate conscia sui nescit extolli Alius sacer-
doti se offerre precipitur ut carere in perpetuum lepre pos-
set exuuijs Solus enim mentis et animi potest sanare mundi-
ciam Quam ei sacerdoti se nouit offerre quem peccatis
nostris accepimus aduocatum Illum vtique cui dicitur tu
es sacerdos in eternum secundum ordinem melchissedech Nec
vereare mora aliqua sanitatis necessat imminet tibi
qui sanat a christo opus est ut remedium adhibeas
quod accepis Simul enim ut preceptum dederit cecus vi-
det paraliticus ambulat mutus loquitur surdus au-
dit febriens ministrat lunaticus liberatur Et tu
igitur que cumque in decore alicuius cupiditatis lan-
gues obsecra dominum fidem deffer nec ullam timeas

moram vbi adest oro adest verbum fugatur cupiditas libido
discedit Ne confessionis verearis offensam immo magis pre-
sume prerogatiuam In continenti enim que morbo corporis
ante ea laborabas christo incipies ministrare Potest et
etiam hoc loco videri petri socrus affectio voluntatis
ex qua sibi semen veluti future posteritatis est auctor
Ex voluntate enim nascitur sapientia quam sapiens in matri-
monium adsistit sibi dicens proposui hanc adducere in coniu-
gium Ergo voluntas illa que primo variarum cupiditatum
estibus madefacta languebat postea per apostolatus officium
in ministerium christi iam robusta surrexit Simul qualis
esse debeat que christo ministrat ostenditur oportet eam primo
carere varijs illecebris voluptatum vitare interni cor-
poris animi quoque languorem ut corpus et sanguinem christi mini-
stret Neque enim potest quisquam peccatis suis eger immune quo-
sanus immortalium sanitatum remedia ministrare.
Vide quid agas sacerdos ne febrienti manu christi
corpus attingas prius curare ut ministrare possis.
Si mundos eos qui fuerant ante leprosi christus iubet
occurrere sacerdotibus Quanto magis mundum ipsum que-
mit esse sacerdotem Non quidem igitur quod moleste ferat illa vi-
dua quod sibi non pepercerim qui nec michi parco Surrexit
ita quasi petri socrus et ministrabat illis Et bene surrexit
Sacramenti etenim typum apostolica iam gratia ministrabat prius
est ante surgere christi ministros iuxta quod scriptum est Surge
qui dormis et exurge a mortuis Didicimus igitur non sumpti-
bus egere viduas que donare consueuerunt Nec subsidio
quibus sepe in periculis maximis defense sunt virorum
copie maritalia his quoque officia vel a generis vel a proxi-
mis facille solere reparari esse etiam in eas diuinam miseri-
cordiam prompciorem Et ideo cum suppetere non videatur cau-
sa nubendi studium abesse debere Ex tamen consilio dici-
mus non precepto imperamus prouocantes potius vi-
duam quam ligantes Neque enim prohibemus secundas nuptias
sed non suademus Alia est enim infirmitatis contemplacio
alia gratia castitatis plus dico non prohibemus secundas
nuptias sed non probamus sepe repetitas Neque enim quod
licet et decet omnia mihi licent apostolus dixit sed omnia non
sunt vtilia Et vinum bibere licet sed plurimum non decet
licet nubere sed est pulcrius abstinere Sunt enim vincu-
la nuptiarum vultis scire que vincula Que sub viro
est mulier viuente viro ligata est legi Si autem mor-
tuus fuerit vir soluta est a lege viri probatum est
vinculum esse coniugium quo mulier ligatur et soluitur
Bona mutui amoris gratia sed maior est seruitus Neque enim
mulier potestatem habet sui corporis sed vir Et ne forte non con-
gruum tibi videatur seruitus esse ista sed sexus similiter Et vir
sui corporis potestatem non habet sed mulier Quanta igitur coniugij
necessitas que subicit alteri etiam fortiorem mutuis
enim necessitatibus ab vtroque seruitur Nec temperari
licet iugo subducere caput/ cum alterius intemperancie
seruiendum sit precio inquit empti estis nolite esse serui
hominum vides quam euidens sit coniugalis diffinicio serui-
tutis Non ego hoc dico sed apostolus Nec ille sed christus qui lo-
quebatur in illo Et hanc utique seruitutem de bonis coniu-
gibus diffiniuit Nam quasi supra habes Sanctificatus est
enim vir infidelis per vxorem fidelem Et sanctificata est mulier
infidelis per maritum fidelem Et infra quod si infidelis dis-
cedit discedat Non est seruituti deditus frater aut soror
in talibus Si igitur bonum coniugium seruitus est malum vero
coniugium quid erit Quando nequeunt se inuicem sanctificare
sed perdere Sed ut gratia virtutis viduas adhortamur
Ita etiam ad eterne disciplinam feminas prouocamus que cari-

qstat ex omib9 Et licet xpi grex Grex tamē malus pabulo vescit malus adhuc lacte nutritur Quib9 lupi illi qui latent in vestimētis ouiū sūt tancē di abstinētie spem ptendentes puocātes autē in tem perācie feditatē Et eni qz sciūt valida honera castitatis cū ipi ea atingere digittis nō queāt ab alijs sup modū exigūt cū ipi suare nec dū possint Sz in iusto subfasce sucubāt mensura eni honeris p mensura debet esse gestantis alioqn imposi ti ho neris fit iactura vbi vectoris īfirmitas est Nam et in fancium fauces strangulat esca robustior Et ideo sicut multitudo vectoꝝ nō paucoꝝ virib9 estima tur Nec tamē forcorib9 de alioꝝ infirmitate psr bitur Sz vnicuiqz quātū homis subire cupiat rela xetur manēte mercedis cumulo in vtutis augmē to Ita ecīa femīs nō laqus inicīedus Nō supra vi res abstinētie grauiores vectura subeūda est Sz relinquēdū ut vna queqz se pendat nō auctoritate aliqua coacta pcepti s; incremēto grē puocata Et ideo dimissis vtutib9 merces dimissa pposita est Nec aliud rephendit ut aliud pdicetur Sed oīa pdi cantur ut que meliora sūt pferat honorabile ita qz cōiugiū s; honorabilior integtas Nā z qui mat monio iūgit vginē suā benefacit z qui nō iūgit melius facit Cū igit bonū est nō vitādū est Et q est melius eligendū est Ita qz nō imponit s; ppo nitur Et ideo bn aplus dixit De vginitate at pcep tū dn̄i nō habeo qsiliū autē do Et eni pceptū in sub ditos fitur qsiliū in amicos dat Vbi pceptū est ibi lex est vbi qsiliū grā est preceptū ut adna turā reuocet qsiliū ut ad grām puocet Et ideo lex iudeis lata est grā at electorib9 resuata est Lex ut a nature finib9 culpe studio deuiātes adnatu re obsuacīā pene trore reuocaret Grā at ut el̄ctos cū studio bonoꝝ cū ppositis ecīa pmijs puocaret Et ibi distancia pcepti atqz qsilij si illū recorderis cui in euo ante pscribit ne homicidiū faciat ne adul teriū admittat nec falsū testimoniū dicat pre ceptū z eni ibi est ubi est pena peccati At vō cū pceptū legis mcorasset implesse qsiliū eidē dat vt vendat oīa z sequat dnm̄ hec eni nō pcepto ipetra tur s; p qsilio defertur Duplex naqz forma mādati est vna pceptiua altera voluntaria vn̄ z dn̄s in alia dicit vbi pceptū inualia si vis pfectus esse vende oīa tua Ergo hic liber est a pcepto cui9 defertur arbi trio Itaqz qui pceptū impleuerint possūt dicē Sui inutiles sum9 qz debuim9 facē fecim9 hoc ūgo nō dt nō dicit ille qui bona sua vendidit sed quasi repo sita expectat pmīa Sicut Scūs aplus dt Ecce nos reliquim9 oīa z secuti sum9 te Quid gō erit nobis Nō quasi inutilis sum9 qz debuit facē fecisse se dixit Sz quasi utilis dn̄o Qui commissa sibi talenta que sitis multiplicauit vsuris mercedem fidei atqz vtu tis bn sibi qscius meritoꝝ q securus expectat Et ideo ei cū ceteris dr Vos qui secuti estis me Sedebitis sup sedes duodecim iudicātes xij trib9 isrl At vō illis qui talenta suauerint Et si pmīa mi nora tamē pmīa pollicet dicēs Quoniā sup pau ca fuisti fidelis sup multa te qstituā Fides igitur ex debito misericordia ex pmio est Qui bn credidit ut ei credat emeruit Qui bn qtulit qui sum nō que siuit qz celeste est impetrauit Ideo gō pceptū non

datur qsiliū datur pceptū eni castitatis qsiliū integri tatis Sz nō oms capiūt vbū istud s; quibus datū est Sūt eni spadones qui de matris vtero sic nati sūt Quib9 nature necessitas nō vtus est castitatis hominib9 Et sūt spadones qui se ipos castrauerūt voluntate vtiqz nō necessitate Et sūt spadones qui facti sūt ab homib9 Et ideo magna in hijs qtinētie grā Quia voluntas facit nō necessitas qtinētem Nā decet integꝝ dīni opis s nare mun9 Nec illius forte par sit lubrico corporis nō teneri Nā et si erepta est subeundi istius palma certaminis erepta ecīa mat̄ia piculi Et qm̄s nō queūt coronari nō queūt tamē vinci habent alia genera vtutū quibus comēdare se debeāt Si fides firma sit si pflua mīcordia aliena auaricia frequēs grā Sz in istis nulla culpa Quia facti ignorācia Nō eadē causa eoꝝ qui ise ipos fīo vtuntur quo nō imprudent defle xim9 Sūt eni qui vtutis loco ponāt fīo culpā qpe scere Denīqz z si nrām volum9 pferre sentēciā quāmis sint statuta maioꝝ Consideret tamē ne quis id ad pfessionē infirmitatis trahat nō ad grām firmitatis Ergo nemo militet ne aliqn vincat Nec pedis vtat officio qui gradiēdi piculū reformidat Nec oculi intendat officio qui qcupiscencie timet lap sum Sed quid pdest carnē abscidere cū ecīa ipa cul pa sit in aspectu Nā z qui viderit mlierē ad qcu piscendū eā iā mechatus est eā in corde suo Et q similr viꝝ in qcupiscēcia viderit adulteratur Castos gō nō infirmos nos esse qūenit pudicos oculos hēē nō debiles Nemo igit ut pleriqz arbi trant se debet abscidē Sed magis vincē victores eni recipit ecīa nō victos Et quid argumēto pscto sit aplica forma pscpti Sic eni habes vtinā absci dantur qui volūt vos qturbari Cur eni corone oc casio et virtutis vsus eripit homi Qui natus ad laudē est ad victoriā pparatus est Cum ipa potius aīmi vtute castrare se possit Sūt eni spadones qui se ipos castrauerūt ppt regnū celoꝝ Sz hoc nō omib9 imperat s; ab omib9 flagitat Et eni qui mādata dat decretoꝝ semp debet tenere mensura Et qui pensa distribuit equitate debet examinis res uare Statera eni fallax abhominatio est aput dm̄ Est ergo min9 pondus z maius Sed vtrūqz nō recipit ecīa pondus eni maius z minimū et me sure duplices inmūda sūt in qspectu dn̄i vtraqz sūt pensa q diuidit sapiā Et ita diuidit vtute ut vires estimet singuloꝝ Et ideo dt Qui potest cape capiat Scit eni creator oīm affectus esse varios singuloꝝ Et ideo vtute pmijs puocauit Nō infirmitatē vinculis alligauit Sic z ille gentiū doctor bonus moꝝ auriga mroꝝ Et quidā intioꝝ rector affectuū Qui de se ipo di cerit legi mētis legē corpis repugnare Gaudē tamē xpi gratie cedē scit in qua varios cursus mētiū repugnare Et ideo neqz totam tū adhortacōnē integtatis intendit ut abo leret grām nupciaꝝ Neqz ita qiugiū ptu lit ut studia integritatis extinguēt Sz a qtinētie psuasione incipiēs ad inqtinētie re media descendit Et cū brauiū supne vocacōis forciorib9 demōstrasset deficē tamē in via ne minē passus est Ita plaudens porib9 ut nō des piceret z sequētes didicerat eni z ipe Quia

dns ihus alijs pane ordeaceu ne in via deficeret alys
corpus suu ut ad regnu gtenderet ministrauit Nec
dns ipe pceptu in posuit sz volutate inuitauit Nec
aplus pceptu statuit sz gsiliu dedit Sz no hoc hua
ni gsiliu huanaz viriu hre messura dine munus
nic gfitetur in se esse colatu Ut fidelr sciret pma
p fre scda disponere Et ideo existimo inquit non
statuo Et existimo bonu esse ppt instante necessita
tem No go copula nupcialis quasi culpa vitada sz
quasi necessitatis sarcina declinada Lex eni astri
xit vxore ut in laboribus z doloribus filios generet
Et gursacio eius ad viz sit q ei ipe dnetur Ergo la
boribus z doloib9 in generacione filioz adicitur nup
ta no vidua et dnatur ei vir sola subditur copula
ta no vgo Qm ante hoz vgo libera est que vbo
dei suu spopodit affectu Que sposu benediccionis
cu lampadib9 expectat bone volutatis lmce atte
sso Et ideo puocatur gsilijs no vinculis illigatur Sz nec
vidua pceptu accipit sz consiliu Consiliu autz no
semel datu sz sepe repetitu Et pmo dixit Bonu est
inquit mulierem no tangere Et itez volo oms sic esse
sicut me ipm Et tercio Bonu est illis si sic maneat
sicut z ego Et qrto Bonu est ppt instante necessi
tate Et hc placere deo et hoc honestu esse postremo
beacioze esse in viduitate pseueratem No tantu
suo gsilio sz eciam dei spu difiniuit Que na igitur talis
gsiliarij benignitate recuset Qui et volutati abe
nas indulgeat et id suadeat alijs q in se exptus
vtile iudicauit no facille gphendi nec fastidio
sius equari Que igitur refugiat sacta fieri corpe
et spu Cu supra labore sit pmiu sup vsu gra sup
opus merces Atqz hoc ita dico no ut laqueu cetis
iicia sed comissi iu ruris oparius agru huc cece
fertilem cnat Nuc in tegritatis flore vnate Nuc
viduitatis grauitate polente nuc eciam gingij fe
tibus redudatem Na z si dimissi vnius agri at fructus sut
Nec tanta ortoz lilia quante ariste segetu messiu
spice qplurim qz spacia capoz recipiendis apta
tur seminibus qua reditis nouales fructib9 feri
antur Bona go viduitas que tocies aplico iudi
cio pdicatur hec eni magra fidei magistra est
castitatis Unde z illi qui deoz suoz adulteria
et qbra venerantur celibatus z viduitatis sta
tuere pena ut emuli criminu multaret studia
vtutu Specie quide qua fecunditate quererent
Sz studio quo ppositu castitatis abholeret Na
et gfectus miles stipendijs arma deponit Et
relicto officio q gerebat adppa veteranus rura
dimititur Ut et ipe exitate laboib9 vite requi
em gsequatur Et alios spes future quietis sub eu
dis faciat opib9 pmciores Agricola quoqz matu
rior torqneda alijs estiua comitit Et iuuenili
grauatus ope pudencia cure senilis explorat
vite facille tende qua pmere ut iuuenescete
luxuria repmat et adolescente lasciuia falce
sucidat partoz quada partim castitatem
cocens eciam in vitibus expetenda Similis hec
vidua velud emeritis veterana stipedijs cas
titatis Et si gingij arma deponat domi tame
totius pace gubnat et si vehendis homib9 ocio
sa maritandis tame iuuenibus puida vbi cadt

vtilior vbi fructus vberior sit Quoz copula apcior
senili grauitate disponit Ita q si matuiob9 pocius
qua in moribus comititur ager cur putes vtiliorem
esse nupta qua vidua Qz si psecutores fidei psecuto
res fuerut eciam viduitatis vtiqz fide sequetib9 vidui
tas no psupplicio fugieda est sz teneda ppmio Sz fortas
se aliquib9 ppt suscipiendos liberos gnugia iterada
videantur Qz si filioz studio causa nubendi est vtiqz
vbi fructus est filioz causa no suppetit Quia q cuius
gsilij est itez expiri velle frustra teptat fecuditate
aut subire qua ptulit orbitate hec eni iterada ca
est filios no habentib9 Ergo illa que liberos suscepit
et pdidit cu ipa eni maior gtencio q spem generadi
hz Illa in qua no ne sibi videtur inter ipa repetitaz
federa nupciaz amissoz ptexere funera filioz Non
ne itez passura q repetit et ad ipos votoz cumu
los exceptaz orbitatu ymagines lamentoz strepi
tus phorescit vel cu accessis funalib9 vox ducitur
no ut pompe funeribus exequias magis putat qua
thalamu ppari Cur igitur filia dolores magis quos
times repetis qua filios quos iam no speras requi
vis Si grauis dolor est subterfugieda ca eius est
no petenda Na tibi quid gsilij tribua que liberos
habes que tibi causa nubendi nisi forte leuitatis
error et intemperancie vsus et sanctij cogit pec
toris gsciencia Sz gsiliu sobrijs no ebrijs datur Et ideo
aput libera gsciam michi smo est eni vtraqz vnu
est habeat sancta remediu honesta gsiliu Tu
in qua filia quid moraris cur heredes queris alienos
tu habeas tuos no filios desideras quos habes sz
suitute qua no habes hec est eni vera suitus in qua
infraccior amor qua no deflorate pignus vgini
tatis et plena sancti pudoris et gratie etas p
tatis comedat vbi offenssa grauior suspessior insolecia
gcordia infrequencior Quia no tempib9 inolitus
amor no ingens amis forma gciliat Molesta pietas
ut amare liberos metuas aspicere liberos erubescas
atqz inde oriatur causa discordie vnde solet mutuus
amor mulcere affectus parentu Generare filios
vis no futuros tuoz sz adussarios filioz Quid est go
generare alios filios nisi spoliare quos habes libos
Quib9 pariter auferunt et pietatis obsequia z gpe
dia facultatu Lex diuina celesti int se gniuges aucto
ritate gstrinxit et dificille manet mutuus amor
Tulit eni costa de viro et formauit femina ut sibi
eos inuice copularet dicens Erut duo i carne vna
No hoc de secudis sz de pmis nupcijs dixit Neqz eni
Eua scdm accepit viru Neqz sancta eclesia secudu
agnouit viru Sacmetu eni illud magnu est in xpo
et in eclesia Et ideo custodiedu est Sed neqz ysaac
alia preter rebecca sciuit vxore Neqz abraham
patre suu cu alia nisi cu sara sepeliuit vxore
Na in sancta rachel magis figura misterij fuit
qua ordo gniugij Et tame in ea quoqz habem9 q ad
pmi gniugij gram reffre possim9 Si qua pmo sposa
habuit plus amauit nec frans exclusit affectu
nec sponse amore gniugij intuctus abholeuit Ita
q Sanctus piarcha nos docuit quatu defre pmis
nupcijs debeam9 cu tantu pmis sponsalib9 ipe
detulerit Cauete igitur filie Ne et gram nupciaz
tenere nequeatis et molestias augeatis Amen

Explicit liber Sci ambrosij de viduitate ad viduas

Incipit liber sancti Ambrosij de lapsu cuiusdam virginis

Quid taces anima. Quid cogitacionibus
estuas. Quid non erumpis in voce et
mentis tue exponis ardorem ut
aliquod solacium capias. Hoc plane
hoc erit quasi remedium quoddam
egritudinis tue si apto ore concep
tum digeras scelus. Nam nimius timidum quamvis
grave cum fuerit aptum evaporans prestat refri
gerium passionis. Audite me qui prope estis et qui lon
ge. Qui timetis dominum et ecclesiam eius. Gaudete cum
gaudente tristamini cum lugente sicut scriptum est
Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Vos inquit
appello qui caritatem christi verissimam retinetis et non
super iniquitate gaudetis sed pocius ingemiscitis. Ad
vertite nunc verba oris mei. Et que ab hijs vel in
istis ex dolore procedunt iudicate et detecti sceleris
minē poſt modicu̅ vexatura huius tante ſu̅t vie ɔte
ſucrerint voluptates huius in t eſt q comes libido
piculis ditant peritura abrepti enī anfractib⁹
viciorum trahenciu̅ vario lapſu rotant̄ In interitu̅ mi
ſeri incertiſſima via no redituri In exteriora tēdu̅t
more quor̄ nuq̄ eſt receſſus in ppo fonte Si q̄de
hac vita cu̅ finis eſt comes ut ipi opinat̄ pſpis t̄
ſibus ducu̅t Sz gradus in ultimis male omino fi
nitus dure i nomiſſio ſtatur Et quid erit p diſſimia
pſpe cucurriſſe ſi poſt curſu̅ ɔtigerit in terire Fruſtra
denīqz naus p ſupbu̅ pelagus amicis fluctib⁹ como
da pſperitate cucurrit in ptu ſi cu̅ naufragio pueit
et pitura portus accipit Comodius igr̄ eſt cui⁹ libz
ductu pſſure ad ptu̅ glorie puenire Qua delicato
nauigio morbide laſſitatis pacto curſſu in penas
exire Sepe itaqz potior eſt paupertas opib⁹ defor
mitas forma ɔtumelia laudib⁹ ſeruit⁹ poteſtate ſube
cillitas viribus humilitas dig̅tate Dauid illuſtris pp̄ha
hui⁹ modi certame expſſit Bonu̅ eſt inquit m q
humiliaſti me Ergo meli⁹ eſt ſupne diſciplme iudi
cio humiliari qua̅ cu̅ mundo dapnari dicente aplo cu̅
iudicam̄ a dno corripim̄ ne cu̅ hoc mudo dapne
mur Ergo q ex amore dni nris utilitatib⁹ pre
rogat ſine murmure ſufferam⁹ fortitudis eſt nre
quaſi p ignes ⁊ flamas vaſor̄ more purgari Q̄
ſcriptura diuina teſtat̄ ⁊ pbat Vaſa inquit figuli exa
minat fornax et hoies iuſtos teptatio tribulacō
nis Nuq̄ vaſa dicu̅t figulo Cur nos arbitrio fla
mar̄ examinas ⁊ in cendijs coquetib⁹ uris ⁊ pbas
Que niſi arbiter ignis iudicio ſuo aptiſſima pnu̅
ciauerit in uſu eſſe no poſſu̅t Nos q̄z niſi teptacō
purgauit iudiciu̅ ut examē Noſtror̄ figulo mebror̄
i utiles inueniu̅ Qui nos urit ut curet teptat
ut liberet vexat ut ſaluet Nichil enī ta̅ inqui
natu̅ ta̅ ſordidu̅ q no aucijs purgacoib⁹ expiet̄
Sepe denīqz vidim⁹ ſordidato in pperio veniſſe ca
dore ferrūqz ſitu obductu̅ in atiqua facie ſpledeſce

vidim⁹ aurū ⁊ argētu̅ diſciplina flame purgari Et arbores
truncatas reminiſce amenius q̄z ugultis ornari Itaqz i nobis
q forte peccatis pinctib⁹ eſtuabat oīz quid macula ſqua
lentis vetuſtatis obſtabat hac egritudis luce exclu
ſum eſt Et ideo ſanu̅ te fruiter medita redidit egritu
do mebror̄ Sola in te materia carnis indiget uiuu̅ ſa
nitate Ac ne te forte vexaret utili morbo vexatur
hec eſt qua i oīb⁹ ꝑcutit camitula ſenectutis Et ſicut
ſeni areſcit flore ppriu̅ pditura ſicut ſcptu̅ eſt Oīs
caro ſenū ⁊ oīs gl̄ia ei⁹ ut flos ſeni Equanimiter
p ferim⁹ ſi corp⁹ q ſicut ſenu̅ legim⁹ caſuris flōib⁹
perituru̅ ledentib⁹ malis iactetur exhauſtu̅ Cui⁹
ſanitas ane morbu̅ ɔſueuit infre Et ɔtra comoda
ſpualia ferales ac barbaras elicere voluptates
Sepe denīqz caro milites caſtitatis efrenata deſtruxit
p nobis eſt igitur ſi longis flagellis ⁊ mordacib⁹ caſ
tigem̄ Cui⁹ ɔtra nos ſanitate pugnat Amam⁹ carne
ſtolidi hāc dolem⁹ ane carcere ⁊ ſepultura̅ Melicu̅
loſu̅ eſt enī xpiani milite velle letanciu̅ modo
in tranquillo ɔſiſtere Et deiecte mentis eſt turbine
formidare Na cu̅ oīs ictus quo quatim̄ a dno gi
gnat̄ meritu̅ Exterū ſe nouit ab amore dei qui neſ
cit teptacoīb⁹ victitare Cu̅ legalis tuba multipli
ci carmine auditui nro inculcet ⁊ dicat Teptat
enī vos deus ut ſciat ſi diligitis eu̅ ex toto corde vro
Et alibi fili noli negligere diſciplina dei et ne defe
ceris cu̅ ab eo corriperis q̄ quē diligit deus corripit
Sed forſſita dicis utina oīcetis ſub ſpe ſalutis da
retur p intualla teptari Utina ſoſpitatis int̄ capedis
qualiſcūqz ſucceſſ⁹ liceret paululu̅ deguſtare Quid
hoc eſt ut omib⁹ i mebris ita verſſetur ac degat
in cluſus ut excluſerit ſanitate no reditura̅ dedu
catur ipe morte cu̅ mebris decludendus Quid eſt hc
q inducto frigore venar̄ calidus vigor euanuit in
algore Inceſſ⁹ quos natura dederat torpor i cluſus
in cluſit Non denīqz ad exiciu̅ tabidi corporis iter
vel paululu̅ deguſtat No gemina ſolitas flectuntur
in preces digitor̄ in par ordo i t̄no ſtupore turbat⁹
arcet ſolita ɔtractare Q̄ plurib⁹ omē officiu̅ corporis
ſtacoīb⁹ coneruor̄ abore ſic alget incluſu̅ pectho
lor ſolus ſic meruit caſtigari ſolus tam̄ pnicioſis
ictib⁹ ſubiacere ⁊ diuturnis malis i volui Queſo te
fr̄ ut hec minima paciencie fremus arceas Nichil enī
eo videtur in felicius cui nichil unq̄ euenit ad
uerſſi Auro niſi addiderit flama fulgoris vilitate
patitur purgamētis obſcuru̅ Ita qui no fuerit
miſeriar̄ teptamētis excuſſus iacet partium feli
citatis ac ſue virtutis ignarus Merito Salomo dt
Qui teptatus in aliquo no eſt neſcit qualis ſit Unde
dic ḡo dnm tempē t̄bulacoīs Quem laudaſti tēpore
ſanitatis vt̄e carmine pphe dicentis Bndicam dnm
in omi tempe Aſſume verba illi⁹ magni Iob q̄ ait
Si bona ſuſcepim⁹ de manu dni mala aūt quare
no ſuſtineam⁹ Aduſſu igr̄ ⁊ malu̅ eſt pbacōis
tempe in dnm murmurare Et qui aut vite nre peſ
tifera labe erupnar̄ iactacōe vexat ut libet
Aut iuſticia ventilat ut coronet a vexacōe me
bror̄ ut vapulet a iuſticia pbat ut vincat Na q̄
ut ad ſolame paſſionu̅ tuar̄ iuſtiſſis utam̄ exeplis
Quāgnotu̅ ſit pſonar̄ multa longis gradib⁹ diſcrepare
No eſt inīqu̅ ſi hominis xpiani certamē victoris iuſticie
ɔgregacōib⁹ ɔparem⁹ Mediocria ſu̅t q̄ videris in hoc
mundo pferre Si recenſſis quid Iob familiaris dni ꝓme
ruerit pmittente dno ſuſtinere Sz tepeauit de⁹ dolore
tuu̅ ut ɔgrueret virib⁹ tuis Quo⁹ aute viro iuſto qua
teris ſz granī⁹ cetis inlucaris Illi⁹ ſu̅t maga ſz nec
nioſa ſu̅t tua Na q̄z ipe magn⁹ es qui ſeq̄ris magnū
Cui⁹ illuſtriu̅ meritor̄ pco extitit de⁹ cu̅ iuimice
faccionis iſtrumēta feralia laudis pcomo preue

niret. Vidisti inquit servum meum Job quod non sit illi similis
in terra. Ille in inimico turbine ademptis opibus non sensit a
liquod dampnum. Et cum edificium concussis angulis vis repenti
na torqueret in lapsum liberis extinctis orbabat et fide
immobilis durabat. Cumque in noxia membra cum bestiarum ge
neribus germinaret et plagatum infestis ictibus corpus
et vivum globos vermiculos conferre carnis eraderet. Intra
vulnera iustus incolumis militabat. Et quem pestilen
tibus plagis rabies infesta carpebat hostiles turbi
nes tranquillitate mentis non cedendo perferebat. Iustus
vapulando vicit inimicus cedendo defecit. Huic suorum
negatur servicium famulorum. Circa te funguntur servilibus mi
nisteriis. Te amici frequenti accessu consolantur et dolent
ut si natura permitteret hoc hominis tectum portarent. Una
est frater virtus animi que nos ex humanis vite turbinibus
quasi de pelago eruens in portum tranquillitatis inducat.
En dies preminis lapsibus celerat in occasum. Ecce mundus in
mundus sordibus senectute rotatur in lapsum. Ecce nos sub
fragicio mortis victores suscipit celum. Cuncta nobis ca
dentibus peribunt. Et occasu iam finitimo non reditura sor
bebuntur. Apud nos post perditum mundum post corporis mortem
sanata sunt omnia letabimur in columitate membrorum ubi
vita nullo morbo vexatur. Ideo in te frater officia corporis im
pedita prestantissimus animus illustri ductatu ita gubernet
et regat ut hec calamitas corporis sit occasio votiva
virtutis. Non enim est arbor solida nec robusta nisi que
assiduis turbinis incursione stipitibus concussis huc atque
illuc inclinata reptatur. Ipsis enim vexationibus constringi
tur fixisque radicibus civius roboratur. Ita nos morda
cibus flagellis malorum frequencius minuimur extensi cogimur
liberati constringimur tersi carnemque squaloribus diu lon
gis casibus ventilamur. Ergo inter erubescentes miseriis
que affectos regnet celesti vigore robusta atque incolumis
virtus qua feratur contraria et illa comoda que vocantur
adversa. Inter ipsas angustias sapiens amiculo solaminis
pari letatur et pubescit et ambitiosa ratione ampliatur
et vincit. Ignorat denique quod patitur qui in corde est invicte
virtutis. Cum ductatu rationis plerosque comperit fuisse malos
oppressos malis et malo suo integra ratione curatos atque nutri
tos. Ergo tibi patet solacia rationis ut ea pro comodis habe
atur calamitas corporis. Cumque quod iaceat totius corporis massa
captiva sed veniet resurrectio te incolumem reditura. Et
quamvis in te occupata sint membra sed lingua in laudes domini
cotidiano intrat alimento copia laudis in regnis celes
tibus narratura. Dominus te medicina celesti confoveat. Et sub
tali pondere inflexibili virtute durare permittat. Amen.

Incipit liber ammonicionis sancti Jeronimi ad beatam paulam.



ue petitioni dilectissima mater tibi
ut rogasti scribere studui. Novi
enim ardorem animi tui erga scriptu
ras divinas. Novi tibi inesse stu
dium legendi et implendi ea que legis.
Memor igitur sum lacrimarum tuarum et
omnis studii tui quod in te sepe perspexi
dum tecum de anime tue sermocinarer pro
fectu. Et idcirco michi non piguit hoc quod michi tua suggerere
studuit caritas adimplere. Quatenus et tu ex hac ipsa ammo
nicione in dei gradatim amore proficias. Et ego tue mer
cedis effici merear particeps. Scio enim non mediocriter esse
beatum qui se solummodo deo adiuvante salvat. Sed novi
multo beatiorem esse qui secum alios ad celeste regnum
trahere festinat. Quapropter hortor tuam eximiam dilec
tionem ut hanc ammonicionem subinde legas et memorie
comendes atque opere compleas ut aliis boni exemplum mo
strando et te et alios salves ut de tuo et aliorum profectu
feliciter remuneratione a sponso tuo immortali recipere
merearis. Mente solerti pertractes ne hoc agas unde tuo
celesti sponso displiceas. Quia ipse tibi si bene ut ce
pisti perseveraveris inaudita leticia et invisum gaudium
cum ceteris condonabit sanctis paulo affirmante apostolo qui

dicit. Quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. Festina
igitur ad illud gaudium ad illam leticiam in qua multi sanc
torum requiescunt. Considera deo dilecta quanta sit felici
tas dei vultum sine defectu cernere. Sanctorum angelorum
choris interesse. Cum sanctorum hominum multitudine sine fine
gaudere. Et ad hec gressibus virtutum cotidie appropinquare
stude. Et ut ad ea que commemoravi recto tramite pergas
citiusque pervenire queas hanc tue beatitudini ammoni
cionem conscripsi per quam non de una solummodo virtute sed de
multis te cupio ammonere virtutibus. Quem librum ideo sin
gulari numero ammonicionem voco. Quia quamvis multe
sint virtutes et innumerabilia ornamenta ad unam tamen
pertinent viam ad unum iter et ad unam felicitatem hominem
ducunt. Cum igitur de pluribus virtutibus te ammonere de
siderem primo cum paulo apostolo hortor ut caritatis virtutem
ante omnia habere studeas. Quia sicut panis omnibus cibis est
melior ita caritas omnes antecellit virtutes. Et sicut
sine pane mensa efficitur inops ita sine caritate nulla
perficitur virtus. Sine caritate vera nec ieiunie nec vigi
lie nec nuditas nec castitas nec elemosine nec mar
tirium hominem possunt salvare. Hanc dominus ac redemptor noster
specialiter nobis comendat. Hoc inquit mando vobis ut
vos invicem diligatis. Et iterum. In hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli si dilectionem habueritis ad in
vicem. Hanc Johannes apostolus laudans dicit. Qui manet in
caritate in deo manet et deus in eo. Hanc predicator egre
gius cunctis virtutibus preferens dicit. Si distribuero in
cibos pauperum cunctas facultates meas et si tradidero
corpus meum ita ut ardeam caritatem autem non habuero
nichil michi prodest. Deinde subiungit. Caritas paciens
est benigna est. Paciens tolerando adversa benigna bo
na prestando. Quia si caritas paciens est atque benigna stude
fidelissima mater omnia patienter tollerare adversa
ipsosque quos tolleras cura diligere. De vera humilitate

Certissime vero tibi convenit credere quod caritas nunquam
sine humilitate et obediencia in homine regnet. Si
veram habueris caritatem mox eris humilis atque obediens.
Humilitas namque eximia virtus est. Hec de terrenis hominibus
facit celestes. Per hanc dyabolus superatur. Per hanc eius laquei
vitantur. Sicut beatus Anthonius dixit abbati pastori
vidi omnes laqueos inimici tensos in via et ingemiscens
dixi. Quis putas transiet istos laqueos. Et audivi vocem
dicentem. Humilitas. Hoc vero beatus Anthonius non per se tan
tum vidit et audivit. Sed et pro nobis qui peccatores et
insipientes sumus et longe ab illius meritis distamus
ut nos hec legentes et opere complentes diaboli laqueos
possimus vitare. Qui semper hoc inquirit quomodo nos deci
piat. Igitur quam magna sit humilitatis virtus Marci
monachi vita insinuat. Quem dicunt etiam in iuventute
valde fuisse mansuetum et humilem ac sapientem et pro eius
virtutibus tantum illum dicunt deo fuisse amabilem ut
dum ad dominicum corpus accederet angelus ei sacramenta
preberet. Pensare debemus vero hoc miraculo quam
magnum donum sit humilitas per quod donum tam amabilis tamque
acceptabilis deo adhuc homo in mortalis efficitur.
Albas etiam Daniel miraculum narrat per quod virtus humi
litatis declaratur. Erat ait in babilonia filia cuiusdam
prioris demonium habens. Pater autem eius diligebat
quendam monachum. Qui dixit ei. Nemo potest curare
filiam tuam nisi quos scio solitarios. Et si perrexeris ad
eos non acquiescent hec facere propter humilitatem. Sed hec
faciamus quando veniunt afferentes venalia que operantur
dicito vos emere velle quod vendunt. Et cum venerint in
domum precium accepturi dicemus eis ut faciant orationem
pro ea et credo quod salvetur filia tua. Exeuntes vero in pla
team invenerunt unum monachum sedentem ut venderet
sportellas suas et tulerunt eum secum in domum quasi
precium sportarum acciperet. Et cum intrasset monachus ille
in domum venit puella que a demonio vexabatur et

dedit alapā monacho Ille autē ꝯu̇tit ei ꝛ aliā maxillam
ſcđm d'ini pceptū demon autē dū torquetur clamare
cepit o violencia mādatū ihū xpi expellit me hinc
Et stati mūdata est puella Cū autē venisset ſenex in
dicauit ei ꝙ factū fuerat et gloificauit dnm ꝛ di
xerut Conſuetudo est diabolice ſupbie adhumilitate
dnī nri ihū x̄ corruere Conſidemꝰ ꝛ nos o ſcīſſīā mat
humilitate huius felicissimi monachi et in quantum
possumꝰ imitari curemꝰ Si igitꝰ humilitas alteius
ab alio demonium expulit sine dubio firmiter cre
dere debemꝰ ꝙ nrā humilitas diabolū in cordibꝰ nris
regnare nō ſinet Tūc vero verā humilitatē habemꝰ
Si oībus nos putamꝰ nos esse inferiores et oībus
veneracoꝛ deferimꝰ Et oīa que nobis alij faciūt adū
ſſa humiliter tollerimꝰ ꝓpt dei amorē de hac v̇tute
dns in euangelio ait Omīs qui ſe exaltat humiliabit
et qui ſe humiliat exaltabit Exisṫo eīm v̇ſiculo disce
debemꝰ ꝙ ſupbia ꝯtraria ſit humilitati Ergo ſi vere
humiles esse volumꝰ ſupbiā fugiamꝰ Quia ſupbia de
icit humilitas leuat Ad hac v̇tutē pnceps aploꝝ nos
inuitat dicens humiliamini ſub potenti manu dei ut
vos exaltet in tempe viſitacōis hac ſentēcia nobis
manifeste inſinuat ꝙ ſi hic dū viuimꝰ nos humiliare
curauerimꝰ in tempe tribulacōis id est in die iudi
cij dni nos pietas exaltat in celesti ſcz regno Iā vō
ſupius dixi ꝙ caritas ꝛ humilitas atqz obediēcia ab
inuicē ſepari nō possunt

De vera obediencia

Cum quia de caritate et humilitate dictū
est restat ut ſolerter atendas qualis ſit obe
diencie virtus ꝓpt inobediēciā pmꝰ hō eiectꝰ ē de
padiso Quapꝓpter ſi illuc vis aſcendē obediens esse
stude Vt autem quā magna ſit hec virtus agnoſcas
miraculū tibi admemoriā reuocabo Quidā ſecula
ris vite habens tres filios renunciauit ſeculo Et
venit admōsteriū relinquens filios ſuos in ciuitate
Et cū fecisset tres annos imōsṫio cepit cogitarē et
filios admemoriā frequenter aducē et ꝯtristabatꝛ peis
valde neqz tamē dixerat albati filios ſe habere
Videns autē albas eū tristē dixit ei Quid habes
ꝙ tristis es ꝛ narauit ei quia tres filios hrēt in ciui
tate et ꝙ vellet eos admōsterium eius aducē ꝓpt
autē albas ut aduceret eos Qui cū pexisset adciui
tatē inuenit ex eis duos iā fuisse defunctos vnū vō
ſolūmodo remansisse Quē aſſumēs duxit imōsṫiū
Et requirēs albatē nō eū cū inuenit illic Introga
uit autē fr̄es vbi esset albas ꝛ illi dixerūt ꝙ ad
pistrinū pexit Ille vō tollens filiū ſuū quē adu
xerat abijt ad pistrinū Et vidēs eū albas veniētē
ſalutauit eū Et tenēs infante quē aduxerat aple
xatꝰ est eum ꝛ oſculabatꝛ Et dixit pri eius Amas
eū ꝛ ille respodit ꝛ ia Et rurssus dixit illi ōmino dili
gis eū Et respodit ēciā Postea vō dixit ei albas Tol
le gō ſi amas eū ꝛ mitte eū in fornacē ardentē Stati
autē facta est fornax velud ros Ex qua obediēcia aq̄
ſiuit gloriā quē admodū abrahā priarcha hoc ꝯmi
liciculū hortor ut incorde tradas ut ſemp obediēcie
v̇tutē ante oculos habeas Quia ſicut illo tēpore
illius monachi obediēcia extinxit ignē fornacis
Sic ꝛ modo ſi vē fueris obediēs ipā v̇tus in corde tuo
ignē viciōꝝ extinguet Et ſi hic ignis vicioꝝ fuerit
extinctꝰ in te nequaqȝ post mortē in igne deſcēdes
eṫnū ſed adglām celestē aſcendes ſine fine manētē
Ergo ama obediēciā dilige obediēciā qꝛ magna vir
tus est Quia ꝓpt ꝯ mater bona est obediēcia que
ꝓpter dnm fit Intende gō mater virtutis eiꝰ aliq
ex parte vestigiū obediēcia ſalus est oīm fideliū
obediēcia genitrix est oīm v̇tutū obediēcia regni
celoꝝ iuentrix est obediēcia celos apiens hoīem
de tra eleuat obediēcia cohabitatrix est angeloꝝ obe
diēcia ſctoꝝ oīm cibus est Ex hac eīm abluti fuerūt
et phac adpfectōne venerūt

De vera Continencia

Sed iā tempꝰ est ut post triū virtutū doctnā
vigilanter atendas quāta ſit ~~doctne~~ virtus
continencie Et ꝙ continēcia nō ſolū est in cibo ꝛ potu
ſz ēcia in locucōe ꝛ ſopno ac vestitu ꝛ i mnabilibꝰ ſit
cauſis Amoneo igitꝰ dilectōem tuā vt nō delicatos
cibos queras Nec ante horā ꝯgruā comedē velis
Nec dicas in corde tuo Quē alij ita ꝛ ita faciūt Sci
to pcerto Quod vnꝰ quisqȝ qui in hac vita plus in dei
ſuicio laborauit eo maiorē post mortē a dnō merce
dem recipiet Ne igitꝛ tibi grauis videatꝛ ꝯtinēcie
v̇tus miraculū inſeram ꝙ in tripartita hystoia le
gi Dorotheꝰ genere thebeus talē ducē vitā cura
uit vt cotidie lapides amari colligēt et aīs ſingulis
hospiciū edificaret et ipā hospitia dabat illis qui
nō habebāt hospicia Noctibus autē ꝓpt coꝝ cibū
faciebat ſportellas Cuiꝰ cibꝰ erat panis vncie ſex
et holeꝝ minutoꝝ vnus faſciculus ꝛ adbibēdū aq̄
hic amenitute ſua vines nec in ſenectute defecit Nuqȝ
viſus est in lecto ſoporatꝰ vel pedes pᵉquie tetēdiſ
ſe aut dormire pvoluntatē niſi qn opando ꝯ come
dendo natura ꝯpressos oculos claudere potuisset
Ita ut ſepe dū comedendo dormiret cibus ex eius
ore labetur Aliqȝ gō cū ſopno grauī grauatꝰ inster
core cecidisset obdormiuit Expgefactꝰ autē ꝛ ꝯtꝛ
status ſub ſilencio dixit Si angelis dormire ſua
seris et michi vlterius ſuadebis Quod forte dicebat
ad ſopnū aut addemone qui nitebatur bonos eius
actus inpedire huic laboranti quidā dixit Cur
ita perimis corpꝰ tuū At ille Quia me inqt ille
occidit huiꝰ vō ſcīſſimi monachi ꝯtinēcia tibi ſcpsi
ne ipā tibi v̇tus grauis videtur ut cognoscēs ꝙtū
ab antiquis vel modernis quibꝰdā patꝛbꝰ distemꝰ
Audiuit eīm uīe beatitudo tua Quod dorotheꝰ oīni
āno edificabat cellā ꝛ domino dabat Audisti ēciā
ꝙ in lecto nō iacebat et de pane ꝛ aqua ꝛ erbis vi
uebat Nō ideo hoc dico ut tu tantū facias ſz ut
te humilies Simul qꝫ ſcias quā magnā abstinēciā
patres nostri habuerūt et nequaqȝ cibos delicatos
queras Preſtim cū in pfato libro de moyse mōcho
ſcptū ſit Quod p vnū annum pane tantūmodo comede
rit ꝛ multū opus fecerit Sex autē annis ptotā noc
tem stans orauit neqȝ genibꝰ inclinatis neqȝ oculis
in ſopnū ſponte clauſis Insup ēcia noctātēr cun
bat cellas mōchoꝝ et lagenas ſinguloꝝ aqua ꝯple
bat cū longe a decē a viginti a xxx ſtadijs aquā ma
neret Quod licet ita domaret corpꝰ ꝑore tamē va
litudinē nō amiſit hec miracula aſſidue lege ſcīſ
ſima mater et p hoc cū dei adiutorio in abstinēcia
pficē stude Quia ꝓpter ꝓponamꝰ nos peccatōes ꝛ in
fimos esse inꝯparacione ſcōꝝ viroꝝ Vt nos ipos ex
illoꝝ meritis deſpicientes p dni pia miſcordia
coꝝ conſorciū habē poſſimꝰ

De Continencia in viſu

Quod autē nō tantū in cibo ſed ēcia in viſu ſit
ꝯtinēcia ſequēs miraculū apte inſinuat Prior
autē cū de domo pris ad pheiam ſolitarie ꝯuerſacōis
exiret pmiſit deinceps nullū ꝓpinquoꝝ ſe de cetero
fore viſurū Post quīqȝgita vō annos dū eius ſoror
eū viuere et habitarē in heremo cognouisset nō ceſ
ſabat donec eū videret Quia dū epus eiuſdē loci
iam grauiter ꝓpt eū videret afligi ſcpſit pſuli
bus heremi ut priorē dirigeret At ille qui ꝯtēpne
nefas est iuſſionibꝰ ſemoꝝ obediens aſſumpſit quē
dam frēm veniens ad priam Cuiqꝫ ante domus

sie iamia accessisset et sui nunciasset adventum venientem germana clausis oculis dixit Ecce ego sum prior quantum vis aspectu meo satiare tunc illa gratificata laudabat dominum. Et ille oratione facta remeavit ad heremum ubi fodiens aquam invenit amaram ea que usus est usque ad ultimum diem post cuius obitum nullus ibi habitare potuit. Ergo autem reor quia per suam orationem eam ad suos usus fecerit dulcem dum alibi etiam non extante oratione meruit manare. Nam cum moyses et eius monachi puteum aliquem foderent et nec venam aliquam reperirent nec eam amplius fodere altitudo permitteret media die supervenit prior et oratione facta descendit in foveam cumque tercio percussisset terram mox emanavit aqua cumque oratione facta discederet illis eum petentibus ut vel ex aqua gustaret adhuc inquit directus sum et propter quod veni factum est. Propterea vero o sanctissima mater hec tibi de priore monacho scripsi ut perfecte scires quod continentia etiam in visu sit necessaria. Audisti vero nunc quam tantus iste monachus fuit. Qui nec inobediens fuit preceptis seniorum qui illum ad sororem suam ire iusserunt nec ipsam vidit visus ab illa ne contra votum suum facere videretur. Quapropter hortor sanctitatem tuam ut illum studeas imitari. Non sit tibi cure videndi tuos amicos vel propinquos quos in seculo reliquisti. Et pro illorum cura tua oratio tue que lacrime non minuantur. Ne cum uxore loth retro respiciendo in salis converteris statuam. Recole ergo illum evangelii versiculum Quod nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno celorum.

De continentia in locutione

Hortor etiam ut in locutione sis continens ut assidue cum psalmista decantes Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea posui ori meo custodiam. Noli igitur aliis detrahere memento quid Maria sit perpessa in heremo que detraxit moysi sancto dei suo que fratri. Narrat sacra hystoria quia propter hanc culpam lepra fuerit maculata septem que extra castra manserit diebus. Que postmodum per orationem eiusdem moysi fratris sui a lepra est mundata. Absit autem ut ex lingua per quam benedicimus deum inde maledicamus aut detrahamus proximo. Recolamus ergo quod scriptum est Quoniam omnis detractor eradicabitur. Vnde eradicabitur omnis detractor sine dubio de cetu sanctorum. Ergo ne et nos de cetu sanctorum eradicemur custodiamus a detractione linguam nostram. Nostro non detrahamus proximo quem iubemur diligere sicut nos ipsos. Et non tantum a detractione nos oportet cessare sed etiam ab ociosis verbis. Quoniam evangelium clamat de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent racionem in die iudicii. Ociosus sermo est qui nec ad illius qui eum audit nec ad illius qui eum dicit pertinet profectum. Noli ergo proferre verba que risum vel cachinnum moveant. Sed magis que ad compunctionem et lacrimas et animarum profectum pertinent. Tuus sermo semper sit sale conditus. Narrat namque hystoria tripartita Amon atque Theonem multorum monachorum presides fuisse. Ambo namque fuerunt operatores mirabilium rerum. Eximia que providentia prophetia completi dicunt eruditum Theonem Egyptiorum Grecorum latinorum que studiis. Et per triginta continuos annos habuisse taciturnitatem. Porro Amonem nullo hominum visu irascentem aut iurantem aut mentientem. Aut vanum aliquem vel asperum vel infirmum protulisse sermonem. Horum temporibus fuit etiam helias monachus in heremo agens annum etatis circa centesimum et decimum. Antea tamen pene septuaginta annis solus vixit in solitudine. Et usque ad hanc etatem ieiunando multum que silendo et viriliter agendo pervenit. Hec miracula hortor ut frequenter legas ut scias quam cauta in locutione te esse oporteat. Audisti vero nunc et ut puto memorie commendasti quod doctissimus Theon monachus per triginta annos tenuit silencium. Hortor igitur ut quia nobis assidue tacere non licet vel etiam id placeat ut vel semper a malo detractionis sileamus. Legi enim de quodam sancto dei quoniam ut taciturnitatem disceret per plures annos lapidem in suo portavit ore. Ammoneo vero atque iterum ammoneo ut linguam tuam custodias. Nulli detrahas nemini maledicas. Nulla risum moventia verba proferas. Cogita semper quam brevis sit ista vita et quam misera in comparacione eterne vite. Hec cogitando et linguam tuam refrenando imitando scilicet eorum actum quorum superius facta est mencio. Sine dubio ad eorum consorcia et ad eorum gloriam pervenies. Ex hiis enim verbis o beatissima mater luce clarius demonstratur quod ter beata est illa anima que tante taciturnitatis perfecte utitur virtute. Dilige hanc virtutem possidere hoc dona conserva hanc margaritam. Amandum est ergo silencium quia per hoc humilitas nutritur lacrime generantur ad extremum multa per hoc declinantur. Sciat denique beatitudo tua o sanctissima mater quod et in vestimentis sit continentia valde necessaria. Sunt enim multi qui putant quod in appetitu preciosarum vestium non sit peccatum. Quod si peccatum non fuisset nequaquam dominus iohannem de asperitate vestimenti sui laudasset dicens Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestitum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Johannes ergo vestitus mollibus esse negatur. Quoniam qui mollibus vestiuntur magis terreno regi serviunt quam celesti. Johannes enim primus novi testamenti monachus pilis camelorum indutus fuisse legitur. Si ergo ille qui in utero matris sanctificatus fuit et deo multum amabilis atque delectabilis extitit. Qui fuit verus propheta et plus etiam quam propheta pilis camelorum fuit indutus. Nos qui nimium peccatores et infirmi sumus quanto magis debemus vilibus vestibus contenti esse. Nemo namque ut ait Beatus Gregorius preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit. Peccatores enim sumus et ideo preciosa vestimenta querere non debemus. Magis vero ornamentum mentis querere debemus quam corporis. Ornatus mentis est caritas fides humilitas bonitas ac benignitas. De hiis namque virtutibus ornatur sine fine mens cum deo victura. Caro enim quamvis preciosis vestibus cooperiatur. Quamvis auro argento que ornetur. Nichil tamen aliud est quam caro et pulvis et lutum et stercus. De vestibus quamquam propter non magno opere cures. Corpus domare debemus non balneum subinde inquirere non ornata vestimenta. Quoniam si corpus nostrum delicate fovemus hostem nostrum nutrimus. Nunquam enim maiorem inimicum homo potest habere quam suum corpus. Corpus autem trahit mentem ad peccatum. Et ideo semper debet illud sanctus dei subiugatum habere.

De discrecione

de discrecione

Debet namque corpus affligi per abstinentiam per vigilias et per diversos modos. Ita tamen ut semper suum officium et suam obedientiam possit perficere. Castigandum semper et affligendum est corpus ut ad malum opus animam non trahat et ad peragendum bonum sit semper idoneum. Nam qui ita corpus macerat ut nec quidem bonum opus facere valeat discrecionis adhuc ignorat virtutem. Vt igitur et corpus scias affligere et temperare unum de vita patrum dicam sermonem. Dicebant de quodam patre quia dum secularis esset et coniugem habuisset postea quam sursus temptabatur de ea a sathana. Ipse vero narravit hec patribus. Qui cum audissent et cognovissent quia operarius esset et maiora facere potuisset quam que ei dicebantur imposuerunt ei maiora ut debilitaretur corpus eius ita ut nec surgere potuisset. Deo autem dispensante quidam peregrinus advenit et pertransiit ad miras quomodo nemo egressus ei esset in occursum. Et reversus pulsavit hostium celle dicens ne forte frater qui in ea est infirmetur. Qui cum pulsasset intravit et invenit eum nimis infirmum. Et dixit ei Quid.

habes pater Et naravit ei dicens Ego secularis vite fui
et solicitat me modo inimicus meus de uxore mea Et narra
in hoc patribus et imposuerunt in honera diuersa Et cum implere
velle missa defeci et tamen stimulus crescit Audiens
hec senex contristatus est et dixit Si quidem patres et magni
viri bene tibi imposuerunt honera quibus gravaris
Sed si me parvum audire volueris cito invenies requiem
Sume panem cibum in tempore suo et recoligens vires tuas
fac aliquantulum opus dei et iacta in deum cogitatum tuum
Quia tuis laboribus hanc impugnatorem non poteris supe
rare Corpus enim nostrum velud vestimentum est Si cum
discrecione illud tractabis stabit Si autem cum discre
cione omnia non egeris non stabit Qui cum audisset enim
fecit ita et infra paucos dies recessit stimulus eius
hanc autem sentenciam ideo volui scribere in isto ordine
Quia que superius amonui id est silencium humilitas ab
stinencia corporisque castigacio cum discrecione sunt agen
da Discrecio vero magna virtus est Quia per ipsam ma
la declinantur et bona servantur Bonum quod opus si sine
discrecione sit cito deseritur discrecio enim mater
est omnium virtutum Quapropter o mater hortor dilectionem
tuam ut omnia cum discrecione facias ut nec ad sinistram
nec ad dexteram cornas de hac discrecionis virtute
habes etiam hoc in vitas patrum Dixit Albas Antho
nius Quia sunt quidam conterentes corpa sua in absti
nencia et quia non habuerunt discrecionem longe
facti sunt a deo Supervenit autem quidam venacionem
faciens in silua agrestium animalium Et vidit alba
tem Anthonium gaudentem cum fratribus et displicuit
ei volens autem senex ostendere ei quia oportet aliquando
condescendere fratribus dixit ei pone sagittam in arcu
tuo et trahe Et fecit sic Et dixit ei iterum trahe
Et traxit Et rursus dixit ei trahe adhuc Et dixit
ei venator Si supra messuram traxero frangetur arcus
dicit ei albas Anthonius Ita est in opere dei si plus
a mensura tendimus fratres cito deficiunt Expedit ergo
vel admonementum hore relaxari a rigore eorum hoc au
diens venator compunctus est et multum proficiens in
sermone senis discessit Et fratres confortati reversi sunt
ad loca sua Maxime autem michi fuit cura hec tibi
scribere religiosissima mater ut ab utroque periculo
te immunem custodias videlicet ut curam corporis
dei non ponamus servicio Et rursus uti dei servicium
explere queas corporis necessaria ei ministrare non negli
gas Amonere tua subinde dilectione non cesso quod
quamvis bonum notum sit in studium Sed et nunc Amoneo
ut ...secundo loco post continencia discrecionis virtutem meo

de cōpunctione

Et quia compunctio **De Conpunctione** vie comedes
in omni opere est necessaria comendanda est tibi etiam
ipsa virtus Quatenus et mortificacioni iungatur compunc
cio puto enim quod vera mortificacio ab aliquo pos
sideri non possit nisi cum compunctione Idcirco tuam
o mater karitatem cohortor ut Quid quod agas vel
silencium teneas vel abstinentiam facias vel humili
tatem ames vel vigilias furtivas inquiras omnia
pro dei amore fac et cum lacrimis Si lacrime non occurrunt
assit tibi salutaris compunctio ita dumtaxat ut
cum discrecione de qua supra dictum est omnia faci
as ut propter te non scandalisentur alii sed potius edifi
centur Simus ergo in omni opere nostro compuncti ut possi
mus dicere domino cum psalmista holocausta medulata
offerimus tibi holocaustum vero totum incensum di
holocaustum autem domino offert qui totum se domino tra
dit quod ad monachorum specialiter pertinet ordinem per
medula vero holocausti compunctio designatur holo
caustum namque sine medulla est bonum opus sine
compunctione holocaustum autem medullatum domino of
ferimus quando bonum opus cum compunctione perficimus.

hanc medullam ipse psalmista alibi pinguedinem nominat
holocaustum tuum inquit pingue fiat Magna est enim vir
tus compunctionis de qua in vitas patrum scriptum est frater
quidam interrogavit aliquem senem dicens pater quid faciam
dicit ei senex flere debemus semper Contingit aliquando ali
quem senem mori et post modum in se ipsum reverti Et inter
rogavimus illum dicentes Quid vidisti ibi alba Et na
ravit nobis plorans Audivi illic vocem sine cessacione
dicentem ve michi ve michi Sic et nos dicere semper debemus aptis
sime vero in hiis verbis possumus cognoscere quare nobis
flere conveniat Scilicet ne post huius vite discessum
in luctum veniamus eternum Utile namque consilium est hic
ad tempus deplorare Quia hec vita brevis et misera est
cito quoque transsitura est Illa autem vita nullum terminum habet
et nunquam finietur Et sicut sancti sine fine gaudebunt
cum angelis in celo sic et peccatores sine fine cruciabuntur cum
diabolo in inferno Et si lacrimas statim ut volumus inve
nire non possumus non deficiamus orando persistamus in pre
cibus Quia deus facille nobis potest lacrimas dare
Multi enim volunt lacrimas habere sed non statim ut volunt
eas inveniunt unde in vita patrum scriptum est Interrogavit
quidam frater quendam senem dicens desiderat anima mea la
crimas habere sicut audio senes lacrimantes et non ve
niunt michi et tribulatur ex hoc anima mea Et dixit ei
senex filii israel post xl annos intraverunt in terram
promissionis lacrime igitur sunt terra repromissionis ad quas
si perveneris nullum de inceps timebis bellum Ita enim
vult deus affligi animam ut semper desideret ingredi in
illam terram Dicebat etiam de albate Arssenio Quia
toto tempore vite sue sedens ad opus manuum suarum pa
num habebat ante se propter lacrimas que crebro cadebant
ex oculis eius Hec vero nos audientes o carissima mater
Quantum debemus parare nos ad lamenta pensemus Et si
illi tam sancti et iusti et dei per omnia facientes voluntatem sic se
mortificabant quanto magis nos qui peccatores sumus
flere et lugere debemus pensare enim debemus diem
mortis nostre et diem iudicii pensare etiam qualis discus
ssio ibi erit Audiamus quod beatus Amon fratri se interroganti
respondit frater quidam interrogavit albatem Amonem di
cens dic michi aliquod verbum dicit ei Senex vade fac
talem cogitacionem tuam quemadmodum faciunt iniqui qui
sunt in carcere Illi enim interrogant ubi sit iudex et quando
sit venturus et in ipsa expectacione penas suas deplorant
Ita et monachus debet semper suspectus esse et obiurgare
animam suam dicendo ve michi quomodo debeo astare ante
tribunal xpi et quomodo habeo ei actuum meorum reddere
racionem Si igitur sic semper meditatus fueris salvus eris
atque compunctus Et tu o mater fidelis hec audiens Sicut
iste servus dei hortatur cogita de penis inferni vermis ibi
non moritur ignis non extinguitur luctus nunquam cessabit
pena nunquam finietur Et si semper hec cogitaveris salvari
poteris Recole semper illud quod albas Helias dixit Ego
tres causas timeo prima quando egressura est anima de corpore
Secunda quando occursurus sum deo Tercia quando adversum me est
sentencia proferenda Et tu o mater hec meditare
hec cogita hec tracta solicite ut inferni laqueos pos
sis effugere et ad regna celorum merearis conscendere
Lugendum hic est quia scriptum est Beati qui lugent quoniam ipsi
consolabuntur Nequaquam hoc de omni luctu dicit Quia sunt
multi qui lugent mortem parentum suorum vel amicorum
et quia res quas desiderant terrenas adipisci non possunt
qui pro suo luctu non sunt beati Solummodo illi lugentes
sunt beati qui sua vel aliorum peccata deflent Sicut
Samuel deflebat Saul Et paulus apostolus deflebat eos
qui non egerunt penitenciam a fornicacione et inmundicia
sua Defleamus igitur in hac vita nostra et nostrorum parentum

peccata quia dictum est lugentibus luctus vester vertetur in gaudium. Seminemus nunc in luctu ut metamus tunc in gaudio cum illis de quibus psalmista dicit Euntes ibant et flebant mittentes semina sua venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos. Vides ergo quam beatus in scripturis predicatur esse luctus. Audi adhuc. Quod in vita patrum de eo scriptum sit. Miserunt aliquando senes de monte nitrie ad abbatem macharium maiorem in scithi rogantes ut veniret ad eos alioquin sciret omnem multitudinem fratrum ad se esse venturam eo quod desideraret eum videre antequam migraret ad dominum. Qui cum venisset in montem congregata est ad eum omnis multitudo fratrum. Rogabant quoque eum senes ut faceret verbum ad fratres. Ille autem lacrimans ait ploremus fratres et producant oculi nostri lacrimas antequam hinc eamus ubi lacrime nostre corpora nostra comburant. Et fleverunt omnes pronis in faciem cadentes et dicentes ora pro nobis pater. Albas etiam siluanus sedens aliquando cum fratribus factus est in excessu mentis et cecidit in faciem et postmodum surgens plorabat. Et interrogaverunt eum fratres dicentes Quid habes pater. Ille autem tacebat et flebat. Compellentibus autem illis dixit Ego ad iudicium raptus fui. Et vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta et multos seculares ad regnum celorum. Et lugebat senex et nolebat deinceps exire de cella sua sed si exire cogebatur operiebat de cuculla faciem suam dicens Quid necesse est videre lumen illud temporale in quo nichil est utile. Manifestum esse igitur credo prudentie tue quam magna sit virtus discrecionis et compunctionis per quam peccata delentur virtutes acquiruntur. Nolo autem ut ab hac virtute tua mens sit aliena que in pectore perfectorum hominum habitat. Per hanc namque multi deo placuerunt. Per hanc diabolus vincitur. Per hanc vicia superantur. Per hanc dominus ad misericordiam provocatur. Per veras et enim lacrimas ea que predicta sunt complentur. Veras namque lacrimas habet qui hoc non committit quod defleat. Hoc etiam est docte plangere. Docte plangit qui plangendo malum quod fecit non iterando perpetrat quod plangere debeat. Dicit enim ysodorus quod irrisor est non penitens qui adhuc agit quod peniteat. Quia propter post luctum tua commonenda est beatitudo ut quod plangis desiderio emendandi ne iterum delectes diabolo suadente. Cani namque assimilatur omnis penitens qui plangendo iterum committit quod plangit. Canis reversus ad vomitum et penitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desistunt. Et ideo o mater caritatem hortor tuam ut quod plangis iterum non committas. Ne similis sis illi qui lavat laterem crudum qui quo magis illum lavat eo magis lutum facit. Ysaias namque hortatur dicens Lavamini mundi estote auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Lavatur et enim et mundus non est. Qui peccatum quidem plangit et iterat. Lavatur et mundus efficitur quis quis plangendo malum quod fecit iterum non committit quod plangat. De illa enim anima que plangit mala sua et iterat eadem ipsa scriptum est per prophetam Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Non ideo hec tibi scribo ut de te suspicer talia sed ut plenius et lucide scias qualis compunctio esse debet. De modo orandi.

De modo orandi

Et quia tibi manifesta est compunctionis virtus restat ut modus orandi tibi pandatur. Dominus enim ostendit modum orandi. Cum rogaretur a discipulis suis ut eos doceret orare dixit Cum statis ad orationem nolite multum loqui sed dicite Pater noster et cetera. Oracio enim brevis esse debet nisi forte ex affectu divine gracie protendatur. De beato enim arssenio in vita patrum legi hoc quod nunc narrabo. Dicebat de sancto arssenio quod vespere sabbati lucescente in dominicam relinquebat post se solem extensis manibus in celum orans donec mane diei dominico ascendens sol illustraret faciem eius et sic residebat. Videat ergo o sanctissima mater caritas tua quam fortis iste vir fuit in orationis officio quod de vespera usque mane extensis manibus orabat. Non ideo hoc tibi scripsi ut tu ita facere temptes sed ut affectum et studium quod ille pro tota nocte vel etiam pro toto tempus habebat tu vel in regularibus horis habere studeas et sic stes in oratione ut mens tua concordet voci tue. Audiat igitur dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. Narravit albas dulas qui fuit discipulus albatis besarionis dicens Veni aliquando in cellam albatis mei et inveni eum stantem in oratione et manus eius erant extense ad celum permansit autem faciens quatuor dies. Et post hec vocavit me dicens Sequere me et exeuntes perreximus in heremum. Et cum sitirem dixi Albas sicio. Ille autem tollens peram discessit a me quantum iactus est lapidis et facta oratione attulit eam plenam aqua. Et venimus in civitatem illico et venimus ad albatem iohannem deinde sedens cepimus loqui de visione quam viderat. Dicebat etiam de albate sysoy quia nisi cito deponeret manus suas quando stabat ad orationem rapiebatur mens eius in superioribus. Si ergo contingebat aliquos fratres cum eo orare festinabat cito deponere manus suas ne raperetur mens eius et moraretur. Dicebat etiam alius senex quia assidua oratio cito corrigit mentem. Dicebat quidam patrum quia impossibile est ut videat quis in aqua turbida faciem suam. Sic et anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis contemplare non potest deum. Audisti quoque quod albas sysoy nisi cito deponeret manus rapiebatur in contemplacionem. Quare ergo repente in contemplacione rapiebatur. Sine dubio quia mortificatus erat. Audiat ergo dilectio tua quale studium habuit beatus paulus erga monachos orandi. Sicut in ecclesiastica hystoria scriptum habetur. Fuit paulus de lybia in scithi non minus quingentos monachos habebat. Nichil autem operabatur neque percipiebat nisi quod comederet tantum. Orabat autem solummodo et veluti quoddam tributum habens impositum trecentas orationes deo una quaque die reddebat. Et ne una forte relinqueret trecentos lapides ponebat et singulis orationibus lapidem mittebat in sinum. Expensis vero lapidibus orationes sciebat esse completas. Multum igitur nos debemus humiliari qui et longe ab illorum meritis cum superius mencio facta est distamus. Et sic permitti ad orationem faciendam non sumus. Oratio vero inter compunctionem magna virtus est. Volo quoque ut hoc solerter attendas. Quod Ihesus Christus dominus ac salvator noster volens orare ascendit in montem. Ideo Ihesus quando oraturus erat in montem ascendit ut et tu orando montem ostendas. Nequaquam enim omnis qui orat montem ascendit. Ille vero qui in oratione mortem inimici querit aut res mundi huius ut honorabilior in hoc mundo esse possit nequaquam in montem orando ascendit. At contra qui in oratione pro remedio sue anime sive pro aliorum peccatis dominum deprecatur iste absque dubio in montem oraturus ascendit. Vide ut hec legens attente deo dilecta ut ordinata de mortificacione venias ad compunctionem. Compunctorum quoque habendo nosse modum queas orandi. De pugna viciorum contra virtutes.

De pugna viciorum

Et quia lucide non nullis instructa es virtutibus restat ut mente perpendas quanta sit lucta viciorum adversus virtutes. Magnum quoque certamen est viciorum adversus virtutes. Tunc enim poteris omnia vicia vincere pugnando cum divino adiutorio si contra vicia singula oposueris virtutes. Solet enim pugna viciorum adversus virtutes ad perfectum hominis venire quia per illud certamen mens excitatur et ab elacionis vicio purgatur. Contra singula quoque vicia virtutes sunt adhibende. Contra luxuriam mundicia.

est cordis adhibenda Contra iracundia vero paciencia est oppo
nenda Contra timore est intenda fiducia Contra tepore
vero zelus opponendus Contra tristicia vero mala adhibendum
est gaudium spirituale Contra accidia vero fortitudo assumenda
Contra avaricia assuenda est largitas Contra superbia autem
humilitas opponenda Contra odium vero assumenda est caritatis
virtus De hoc enim certamine paulus dicit apostolus Caro concupi
scit adversus spiritum Spiritus autem adversus carnem hec enim
sibi invicem adversantur ut non quecumque vultis illa facia
tis Et tu deo dicata et legendo et memorie commendando
stude contra hostis antiqui insidias viriliter dimicare Si
te sompnolencia gravat stude illam vincere amando
vigilias Carissima sompnolenciam per vigilias destruunt Si te de
lectat balnearum usus veniat tibi ad memoriam beatus iaco
bus frater domini Carissima primus post apostolos iherosolima rexit eccleziam de
quo Josephus narat quod nunquam carnem comedit nec
balneo usus fuit unquam nec lyneis vestibus fuerit in
dutus Nec caput suum secundum consuetudinem sue gentis
oleo unxit Si in delectacione tibi delicie veniunt
propone ante oculos tuos Johannem babtistam Carissima fuit
in utero matris sue sanctificatus Et de quo dominus dixit
quod maior eo inter natos mulierum non surrexit Narat
enim de eo sanctum euangelium quod mel silvestre et locustas
edebat Si ei qui in te peccat qui tibi detrahit aut
maledicit vel in aliquo ledit non potes ignoscere
sicut vis veniat ad memoriam quanta et qualia pro te pas
sus fuit christus pro te factus est homo mortalis passibilis
Carissima erat immortalis et impassibilis assumpsit pro te carnem
ex virgine in qua pateretur et moreretur Pro te quoque fuit
flagellatus alapis cesus sputis linitus Spinis coro
natus Ad extremum etiam crucifixus pro te hec omnia sus
tinuit christus ut te a potestate diaboli liberaret Pen
dens vero pro te in cruce quid dicebat pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt Ille igitur qui sine peccato cru
ciabatur pro suis inimicis orabat Et tu si aliquam molestiam
paciens ab aliquo non potes ex toto corde dimittere Cre
do quod et si ista que dico subtiliter cogitare volueris
omnibus in te peccantibus ex toto corde facille dimittere po
teris hec meditando hec mente discuciendo poteris ira
vincere poteris omnes diligere poteris dei implere preceptum
diligite inimicos vestros bene facite hiis qui vos ode
runt et orate pro persequentibus et calumpniantibus vos Si
tibi venit voluntas vagandi recole quia mortua es
quia crucifixa es Nunquam crucifixo homini venit voluntas vaga
di Non quia nichil cogitat nisi de morte sua et tu iam
mortua es huic mundo vide ne aut tu illi aut ille tibi
reviviscat Dic potius cum apostolo paulo michi mundus cruci
fixus est et ego mundo hec vero cogitando potes vincere
vagacionem Audi quid ipse apostolus de pugna viciorum ad
versus vicia doceat Si autem spiritu facta carnis morti
ficaveritis vivetis Tu autem si vis vivere cum christo mortifica
per virtutem omnia vicia per caritatem mortifica odium per gaudium
occide tristiciam per pacem extingue dissencionem per paciencia
mortifica impaciencia per bonitatem occide malicia per man
suetudinem occide furiam per continencia mortifica intempe
rancia per castitatem occide impudicicia Si isto modo
actus carnis mortificare curaveris sine dubio perhenni
leticia cum angelis in celis frueris | De legendi studio

de legendi studio

Non est in hiis diu morandum Carissima transmitto cari
tate tua ad latissimum campum divinarum scripturarum ut
quod hic deesse tibi cernis ibi solerter perquiras Carissima
propterea oro dilectionem tuam ut studium semper in te crescat
legendi Nullus enim potest dei perfecte nosse precepta
nisi qui legendi continuum habuerit studium Carissima quanto quisque
in divinis scripturis assiduus fuerit tanto maiorem
ex eis intelligenciam capit Sicut terra quanto magis excolitur
tanto amplius fructificat Nam quamvis homo tardum sensum ha
beat aliquem tamen discere poterit ex scripturarum misteriis
si assiduitatem habuerit legendi Carissima enim habet dabitur ei et qui
non habet eciam hoc quod videtur habere auferetur ab eo id est qui
habet studium legendi dabitur ei eciam intelligendi facultas
Et qui non habet id est legendi studium eciam quod videtur habere id est
naturale bonum quod intelligit propter ignaviam eius auferetur ab
eo Et sicut ille qui tardus est ad intelligendum pro sua
bona intencione recipiet gloriam ita ille qui talentum si
bi datum neglexit condempnabitur Carissima propterea amoneo cari
tatem tuam ut studium habeas legendi Carissima omnis profectus
ex leccione procedit Carissima enim nescimus leccione discimus dicit enim
ysidorus Et oracionibus mundamur leccionibus instruimur utrumque
bonum est si liceat si non liceat melius est orare quam
legere Carissima qui vult cum deo semper esse frequenter debet ora
re frequenter et legere Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur Cum vero
legimus deus nobiscum loquitur Si hec ita sunt o dicata deo
necesse est tibi orandi legendi quoque studium habere Leccio cogni
cione dei amministrat leccio tenebras ignorancie fugat
leccio sciencia homini confert leccionis studio dei omnium quoque
virtutum amor nutritur Per leccionem potes cognoscere qua
lis beatitudo qualis sit gloria qualis claritas que promit
titur sanctis electis quoque omnibus per leccionem potes cognoscere
qualis pena qualis luctus quale supplicium minetur
malis et iniustis impiis quoque hominibus per leccionem cognoscere
vales quid audituri sunt boni vel mali in die iudicii
Malis enim a domino dicetur ite in ignem eternum qui preparatus
est diabolo et angelis eius Bonis vero dicetur venite
benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est
ab origine mundi hec enim omnia leccione discimus leccio enim
manifestat quomodo prospera quomodo adversa tollerare de
beas Carissima propterea subiungendum est hic aliquid quod legi de pa
trum exemplis qui infirmitates vel omnia adversa pro christi
amore pacienter tollerare studuerunt ut tua caritas
hoc legens hoc menti commendans illos ex totis viribus
imitari studeas Amonicio de adversis tollerandis

Amonicio de adversis tollerandis

Hortor igitur ut si vel infirmitas contrarietatis
tibi acciderit Carissima quantumcumque perfici possis valeas sancte
qualiter infirmitates omnes quoque tribulaciones tollerare
debeas Leccioni ergo esto dedita ibi enim invenies scriptum
Ego quos amo arguo et castigo Si quos dominus amat arguit
et castigat ergo et tu mater Carissima arguimur et castigamur ab
illo Carissima qualiscumque tibi infirmitas venit gratanti animo sus
cipe illam Volo tibi unam rem de historia tripartita narra
re quam subinde volo ut legas ac memorie commendes Fuit
Beniamin senior qui valde clarus habebatur dono dei
ditatus ut sine medicamine tactu manus aut olei facta
oracione sanaret egrotos hic fertur incidisse in ydropica
passionem tantum quoque eius corpus intumuisse ut non posset per
ianuam celule sue in qua habitabat egredi nisi ianue
cum tabulis ante positis sublate fuissent his ergo passio
nis sue tempore pene octo mensibus ante mortem in sella
latissima sedens curabat solempniter egrotantes Non
graviter ferens quod sue egritudini non prodesset sed eciam se
dentes consolabatur et deprecabatur ut rogarent dominum pro anima
eius et de corpore non curaret Carissima et dum sanus in quantum
esset nichil profuit in hunc Beniamin imitare stude
o sacrissima mater in omnibus infirmitatibus tuis semper gracias
stude referre Audiat dileccio tua eciam de beato stephano
monacho qualiter in infirmitate domino gracias agere studuerit
Stephanus autem cum circa mare habitaret occeanum perfec
ta degens et integra continencia Carissima circa lx annos probatis
simus monachus fuit et anthonio magno notissimus fuit
autem mansuetus et sapiens locucione suavis et utilis trista
ntium consolabatur animos et ad alacritatem revocabat

licet necessaria tribulatio preveniret. Taliter erat etiam in cladibus proprijs denique cum infirmitate incurabile incurrisset et medici putrida membra incidissent ille manibus tamen operiebat palmarum pectens folia et presentibus persuadens ut de rebus huius mundi non doleret neque aliud cogitaret nisi de bona fide. Deus inquit que fecit cuncta utilia sunt. Ego autem novi quod huiusmodi passiones peccatis eveniunt. Et melius est hic penas solvere quam post mortem perpetua supplicia sustinere. Stude ergo et tu similiter dicere quando tibi infirmitas vel alia contrarietas evenit. Considerare quoque summo opere debemus quod illi qui sancti et iusti erant domino pro infirmitate et tribulatione gratias referebant. Quanto magis nos qui peccatores sumus et infirmitates et tribulationes amare debemus presertim cum apostolus dicat quod per multas tribulationes intratur in regnum dei. Amande sunt tribulationes cum gratiarum actione a nobis tollerande sunt infirmitates quatinus heredes regni celestis effici mereamur. Peccator enim qui in hoc mundo flagellari non meretur in inferno torquebitur. Optandum ergo nobis est o sanctissima mater ut in hac vita dum vivimus tribulationes et infirmitates pro Christi amore et pro remissione peccatorum nostrorum libenti animo sustineamus. Scire namque debet dilectio tua quibus modis deus hominem flagellat. Legi enim quod quinque modis deus hominem flagellat. Primo modo flagellat ad probationem sicut flagellatus est Iob et Thobias. Ad hoc enim flagellati sunt ut probati essent et manifestati alijs ob causam exempli imitandi ut eorum cognoscentes pacientiam illos imitari studuissemus. Secundo modo deus homines flagellat ne se extollant in superbia vel in securitate ponant quod ad sanctos pertinet specialiter. Sicut beatus apostolus Paulus cum de semet ipso dicebat Datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane ut me colaphizet. Cum postquam cognovit quod salubre ei fuisset illud flagellum dixit Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Tercio modo deus hominem flagellat propter peccata. Sicut paralitico cui dixit Remittuntur tibi peccata tua deinde subiungit Tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Per hoc vero quod illi prius peccata dimisit et deinde ab infirmitate curavit aptissime demonstratur quod illa infirmitas ei propter peccata evenit. Quarto modo deus hominem flagellat ut sua virtus vel sanctorum suorum meritum demonstretur. Sicut de ceco nato ipse dominus in euangelio dicit Neque hic peccavit neque parentes eius ut cecus nasceretur sed ut manifestentur opera dei per eum. Hijs verbis apte demonstrat quod ideo cecus natus fuit ut a deo illuminaretur ac per hoc divinitatis virtus monstraretur. Quinto modo deus hominem flagellat ut hic incipiat tormentum sustinere quod postmodum sine fine sustinebunt quod solummodo ad malos pertinet sicut Anthiochus et Herodes inchoaverunt pati hic quod postmodum in inferno passuri erant. De hijs scriptum est duplici contritione contere eos id est in presenti et in futuro. Hijs quinque modis deus homines flagellat. Ideo vero incognitum est quomodo ex hijs unusquisque flagellatur ut unusquisque flagellatus timeat et emendet flendo quod fecit quatenus flagellum ei ad profectum eveniat. Ammonenda est ergo sanctitas tua ut hos quinque modos quibus dominus hominem flagellat memoriter discens tutus in omni infirmitate vel tribulatione semper ante mentis oculos habeas. In hijs namque meditando flagellum domini gratanter tollerabis. Firmiter enim debemus credere quod nullum peccatum sine vindicta relinquetur. Aut enim hic penitencia unusquisque suum peccatum delet aut dominus pie per suum flagellum purgat vel post mortem igne purgatorio purgabitur. Quod si hijs modis peccatum hominis non fuerit deletum post hanc vitam in ignem descendet eternum. Hec vero audiens nequaquam de tua debes desperare salute. Nequaquam cum desperatione dicere Multa sunt mala mea et innumerabilia peccata mea. Scito pro certo quod nullus tantum potest peccare quantum domini potestas valet dimittere tantum si peniteat peccatis si ad illum convertere studeat. Et quia primo intulit de venia peccatorum speranda volo factum Theodosij imperatoris tibi ad memoriam adducere per quod et ad speranda peccatorum veniam mens tua sublevetur et ad lacrimarum fluenta proferenda cor tuum compungatur. Cur desperabit aliquis peccator de venia si addum certo corde convertatur. Cum supradictus imperator septem milia hominum occidens lamentando et se reum agnoscendo veniam infra paucos dies meruit promereri. Ut igitur manifestissime cognoscere possit sanctitas tua quomodo hec gesta sunt, cur videlicet septem milia hominum occiderit et qua se occasione reum agnovit et quomodo se humiliavit et quomodo veniam promeruerit, verba hystorie tripartite hic per ordinem sunt inserenda per que verba in multis proficere domino iubente poteris virtutibus. Primum in sperandam veniam peccatorum. Quia tantorum hominum sanguine reus existens facile veniam impetravit. Deinde in humilitate. Quia cum imperator esset predicatione beati Ambrosij tantum se humiliavit ut omnibus peccatoribus se inferiorem esse cognosceret. Deinde in lacrimis. Quia cum in ecclesia intravit pavimentum ipsius ecclesie lacrimis rigavit. Volo igitur ut hoc tue caritati non sit incognitum quod nemo simul in se omnia valet extinguere vicia. Nam dum quispiam passionem libidinis effugerit in avariciam incurrit et cum avariciam declinavit invidie illi fovea paratur. Et si invidiam vicerit mox vinculum furoris et alios plurimos laqueos ponit ei inimicus per quos capere possit incautum. Non est utique facile hominibus vitare universas insidias hostis. Sed mens divino solatio vigilans divinaque protectione adiuta argumenta et machinamenta omnia antiqui hostis destruit.

Theodosius imperator / De venia peccatorum speranda

Theodosius imperator habuit namque passionem furoris sed iniusto furori immensa crudelitate permiscuit. Quia vero per tuam humilitatem id est ut in supradictis virtutibus ex eius lectione proficias narrare necessarium est. Tesalonica civitas est grandis et populosa in qua cum orta fuisset sedicio quidam ex iudicibus eius lapidati sunt atque tracti. Hic iratus Theodosius iracundie non refrenavit infirmitatem sed iussit iniustos gladios super omnes evaginare et una cum nocentibus innocentes interimere. Septem enim milia hominum sicut fertur occisi sunt non precedente iudicio sed tamquam in messibus omnes quidem incisi sunt. Huiusmodi cladem plenam valde gemitibus audivit Ambrosius. Et cum princeps Mediolanum venisset et solempniter in sacrum templum voluisset intrare occurrit foris ianuas beatus Ambrosius. Et ingredientem hijs sermonibus ab ingressu templi prohibuit dicens Nescis imperator perpetrate necis a te quanta sit magnitudo neque post causam tanti furoris mens tua molem presumpcionis agnoscit sed forte recognicionem peccati prohibet potestas imperij. Decet tamen ut vincat racio potestatem. Sciendum quippe natura est et eius mortalitas atque resolucio et pulvis progenitorum ex quo facti atque in quem redigendi sumus. Et non flore purpureo confidentes infirmitatem

De speranda venia pec[...]

cristi corporis ignorare coequalium hominum. Non est conside-
randum in purpura sed magis consideranda est condicionis
equalitas. Princeps o imperator es conservorum. Unus
est enim deus omnium rex et creator. Quibus igitur oculis
domini aspicies templum? Quibus calcabis pedibus sanctum
illius pavimentum? Quomodo manus extendes de quibus
sanguis iniustus adhuc distillat? Quomodo huiusmodi ma-
nibus suscipies sanctum domini corpus? Qua presumpcione ori
tuo porriges poculum sanguinis domini preciosum dum furore
sermonum tuorum tantus sanguis sit iniuste effusus? Recede
ergo recede ne secundo peccato priorem nequiciam contendas.
Suscipe vinculum quo te omnium dominus nunc ligavit. Est
enim medicina maxima sanitatis huius. Quibus sermonibus impe-
rator obediens erat enim divinis erudicionibus enutri-
tus et aperte sciens que sunt propria sacerdotum et que regum
gemens et deflens ad regalia remeavit. Cumque octo
mensium continuata transissent tempora propinquavit na-
tivitatis salvatoris nostri festivitas. Imperator
autem lamentacionibus assiduis in palacio residens conti-
nuas lacrimas incessabiliter expendebat. Ingres-
sus autem Ruffinus tunc magister militum et singularem fi-
duciam ad principem habens et vidit principem in lamen-
tacione prostratum accessit ut lacrimarum causas inqui-
reret. At ille amarissime ingemiscens et vehemencius
lacrimas fundens Tu inquit Ruffine ludis et mea ma-
la non sentis. Ego autem lamentor et gemo calamita-
tem meam. Quia servis quidem et mendicantibus aperta sunt
templa dei et proprium dominum ingredientes licenter ex-
orant. Michi vero ingressus non est ad deum insuper et celi
sunt clausi. Hec singula verba dicens singultibus
irrumpebat. Ruffinus vero Curro inquit si tibi pla-
cet et pontificem precibus persuadeo ut solvat vin-
culum quo te ligavit. Ait autem imperator Non inquit
persuadebis Ambrosio. Novi enim decretum illius esse
iustum neque enim reverebitur imperialem potenciam ut
legem posset prevaricare divinam. Cumque Ruffinus verbis plu-
ribus uteretur et promitteret Ambrosium esse flectendum
imperator cum pergere cum festinacione precepit. Ipse vero
spe data post paululum est secutus credens Ruffini
promissionibus. Porro vir mirandus Ambrosius mox ut
vidit Ruffinum dixit Similatus es impudencia canum
o Ruffine tante videlicet necis auctor existens pu-
dorem ex fronte detergens nec erubescis nec me-
tuis contra divinam ymaginem latrare. Cumque Ruffinus
supplicaret et imperatorem diceret esse venturum superno
zelo accensus Ambrosius Ego inquit Ruffine predico quoniam
eum ingredi etiam prohibeo. Si vero imperium tyrannide
mutabit necem et ego libenter suscipio. Hec et alia plu-
rima Ruffinus audiens nunciavit imperatori votum
antistitis monens ne forte de palacio procederet. At im-
perator hec in media iam platea cognoscens Pergo in-
quit et iustas in facie suscipio contumelias. Cumque ad sacra
limina pervenisset in sacram quidem basilicam non presump-
sit intrare sed veniens ad antistitem et inveniens
eum in salutatorio residentem supplicabat ut eius vin-
cula solveret. At ille crudelem dicebat eius esse pre-
senciam et contra deum venire Theodosium eiusque cal-
care leges. Veneror inquit imperator non insurgo contra
ecclesiasticas sanctiones neque inique ingredi limina
sacra contendo sed te solvere mea vincula deposco
et domini clemenciam pro me exorare stude nec in ianua
claudi precipias quam dominus noster cunctis agentibus peniten-
ciam aperuit. Tunc ait antistes Quam inquit peniten-
ciam ostendisti post tantas iniquitates? Quibus medica-
minibus incurabilia vulnera plagasque curasti? Ait imperator
Tuum inquit est et docere et medicamina temperare meum vero
oblata suscipere. Tunc sanctus Ambrosius dixit Quoniam fu-
rori tuum iudicium commisisti et non racio protulit senten-
ciam sed pocius iracundia scribe legem que decreta
furoris evacuet ut xxx diebus sentencia necis atque
proscripcionis in litteris tantummodo maneat et iudicium
racionis expectet. Quibus transactis diebus ira iam cessante
racio causam iudicans apud semetipsam que cognovit
subtilitate disponat. In hiis enim diebus agnoscetur si
iusta sit sentencia quam protuleris an iniusta. Si iusta
fuerit permaneat si autem iniusta destruatur. Numerus
vero xxx dierum ad hec examinanda sufficiet. Hanc ammonicionem
imperator libenti animo suscipiens et optimam esse considerans
legem conscribi repente precepit et propria manu literas confir-
mavit. Quo facto vinculum eius solvit Ambrosius. Que
lex hactenus observatur. In tali namque tenore facta fuit
illa descripcio ut si quos imperator morti dampnasset usque
xxx dies servarentur illesi quos regula iudicaret seve-
rius et eorum subita esset suspensa. Quatinus in spacio xxx dierum
ira quiescente probasset utrum iudicasset iustum an iniustum
et quod iustum probasset hoc agere studuisset. Sic igitur sacra-
tissimus imperator ingredi limina presumens non stans
domino supplicavit neque genua flexit sed pronus in pavimento
iacens davidicam vocem proclamavit Adhesit pavimento
anima mea vivifica me secundum verbum tuum. Manibus autem ca-
pillos evellens veniam impetrare poscebat. Cumque tempus
accederet quo munus solebat offerre surgens cum lacrimis
ingressus est. Ut vero obtulisset sicut solitus erat
intra cancellos stetit. Ruffinus autem Ambrosius non
quievit sed differenciam locorum edocuit. Et primo que-
sivit quid ibidem expectaret. Imperatore dicente su-
stinere se sacrorum misteriorum percepcione participa-
cione remandavit O imperator interiora loca tantum
sacerdotibus sunt collata que ceteri nec ingredi nec contin-
gere permittuntur. Egredere igitur et hanc expectacionem cum ce-
teris habe. Quoniam purpura namque imperatores non sacer-
dotes facit. Tunc fidelissimus imperator eciam hanc tradi-
cionem animo gratanti suscipiens remandavit Non audacie
causa intra cancellos mansi sed in Constantinopolitana
urbe hanc consuetudinem esse cognovi. Unde ago gratias pro huius-
modi medicina. Tali ergo et tanta virtute et presul et im-
perator clarebat. Ego namque utriusque opus ammiror
illius fiduciam istius autem obedienciam. Id est fiduciam
sacerdotis obedienciam vero regis illius zeli fervorem huius
fidei puritatem. In rege igitur eximio opus mirum nam
tu esti eorum potest excitare o sanctissima deoque dicata
in custodia multarum virtutum. Hec enim Theodosii christianis-
simi principis et beati Ambrosii sanctissimi pontificis
contencio sancta provocabat hominem ad sperandam veniam
peccatorum. Ob quam maxime causam sanctam hanc contencionem
tibi scribere studium provocavit eciam ad caritatem
humilitatem obedienciamque sectanda. Quas virtutes
in principio huius ammonicionis tue dileccioni commenda-
veram. De quibus igitur virtutibus te in principio huius exorta-
cionis ammonui de ipsis te et in fine commoneo. Quatenus bonum
quod cepisti fine perseveranti perficias. Provocat eciam durum
et lapideum cor ad lacrimas profundendas incitat et ad zeli
fervorem. Deprecor vero dileccionem tuam ut hunc actum hanc
sanctissimam penitenciam piissimi principis et zelum sanctissimi
pontificis crebro legas. Quia magnus animi profec-
tus in ea latet. Si itaque ea que tue sanctitati scripsi
prudentissima mater perficere potueris ope id est
processus ante omnia vicia repuleris et que in hac am-
monicione narrantur bona custodire volueris scito quod
tamen viribus hoc non facias sed illo inspirante et adiuvan-
te qui dicit in evangelio Sine me nichil potestis fa-
cere. Non solum facere sed nec cogitare quidem aliquid
boni valemus nisi illo operante illo donante a quo omne

bonu̅ procedit Audi quoqȝ ꝛ atende quid dn̅s de hac causa
p̄ ȷ̄emia ꝓpheta dt̄ Ne glorietur sapiens ī potencia sua
et ne glorietur diues in diuicijs suis Sed in hoc glorietᷣ
qui gloriatᷣ scire et intelligere et nosse me dt̄ dn̅s
p̄hec enī verba oı̄s animo aufertur supbia Omīa sapᵃ
ꝛ fortitudo oīa reputantur in nichillu̅ Et ista est sola
gloiacio ut sciat et intelligat q̄ ip̄e dn̅s sit qui facit
misericordia̅ et iudiciu̅ ꝛ iusticia̅ Ex isto quoqȝ loco sup
sit paulus ap̄lus illud exemplu̅ q̄ ad corinthios scripsit
fr̄es qui gloriatur in dn̅o glorietur Ubi sunt ergo illi
qui dicu̅t hominem ꝓprio arbitrio regi Ubi su̅t illi qui
dicu̅t q̄ a nobis bonu̅ inchoare possimus Nequaq̄ illis
credere debemus Quia nec cogitare qua̅to minus p̄
ficere valemus boni nisi ip̄o dn̅o donante Ergo si dn̅i
gr̄a largiente bonu̅ opus p̄egeris Et ea que beati
tudini tue scripsi cuncta p̄feceris Non tuis viribus non
tuis meritis hoc t̄buas Sȝ illi qui in te operatur et vel
le et p̄ficere p̄ bona volu̅tate Cui est honor p̄ secula.

Incipit liber qui vocatur Lynea salutis h̄emitarum



omiam increate veritatis tes
timonio Sunt angeli paruuloꝝ
qui semp̄ vident faciē patris cele
stis Nulli dubiu̅ esse et angelos
p̄fectoꝝ Qui ī solitudine h̄emi
tice libere vita̅ acticare elegerunt Sic
helyseus ꝓpheta exercitu̅ angeloꝝ
presidiu̅ sibi adesse monstrauit
Sic helyas curru igneo et equis in p̄adisu̅ vehitur obsequio
utiqȝ angeloꝝ Et hij dn̅o solitudinis ac h̄emi cultores p̄i
mi Nec miꝝ si angeli obsecuntᷣ h̄emitis du̅ ip̄i in t̄ra
positi mores angeloꝝ īmitari non desistunt Un̄ Sanctus
h̄emita ysaac in libro de doctrina misterioꝝ dei sic ait
Quid necesse est dicere de monachis anachoritis Qui de
sertu̅ inhabitant et fecerunt illud habitabile hospiciu̅
angeloꝝ Ad quos Sancti angeli sepius accedebant et se eis
visibiliter ostendebant Aliquos in temptaciones incidentes
liberabant Aliquos queda̅ dubia eis exponebant ꝛ ip̄os do
cebant Ideo subijt animo sedenti michi in angulo cel
lule h̄emi Camalduli dictare libru̅ p̄ modu̅ dyalogi
loquentis ī intellectu cuiuspia̅ h̄emite cu̅ angelo sibi
deputato custode Et hoc non in sublimitate s̄monis aut
in vocabulis p̄egrinis Neqȝ in sophisticis phylosophoꝝ sy
logysmis hij namqȝ seculares homīes philosofi poete
et rethores ut ait Btus Augustinus precipua dicta
a sacris litteris mutua̅tes diabolica falsitate miscuerunt
Equide̅ doctrina sanctoꝝ patꝝ est p̄ior ethnicoꝝ doctrinis or
dine dignitate et utilitate Illi eni̅ mundani homīes zo
raste mago antiquiore non habent Que sanctus abra
ham multo tempe p̄cessit Illi inter scriptores poematu̅
homero seu Ezoppo Morū pytagoꝛe philosophie plato
ni hystoriaꝝ dareti frigij Medicine ypocrati Astro
nomie Athalanti Antiquitatis palma̅ ꝯferunt Quoꝝ
p̄mu̅ homeꝝ Salomon tempe antecessit Ezoppus aute̅
tempe Sancti danielis fuit. Pytagoras vero tu̅ zoro
babel usus fuit vita presenti plato vero hos secutus
natus annis centu̅ a vaticinate s̄co ȷ̄emia Sed et da
retem frigiu̅ atqȝ ypocrate̅ ꝛ Athalante̅ longe an
te nostri astrologi Abraha̅ ꝛ moyses precesserunt
Qui huius doctrine parte̅ sincera̅ Egyptios docuerunt
Licet placeat Bto Augustino moysen ꝛ Athala̅tem
eodem tempe floruisse Quoꝝ aute̅ doctrina s̄coꝝ patꝝ
sit p̄ior dignitate ꝛ utilitate non est opus p̄baciōe
Sepe naqȝ philosophi historici vel morales falsa
scribunt fauore odio vel amore Hic Sanctus ꝛ gloiosus
doctor Jeronimus ꝯtra pelagiu̅ libro tercio fatetur
expresse philosophos fuisse mentitos ubi scripserunt
Socratem semp̄ eundem vultu̅ habuisse Quis namqȝ re
ligiosus aut xp̄ianus potest pala̅ et in p̄nue laudare
sequi vel commendare ydolatras magos ariolos ꝛ demo
nu̅ cultores Na̅ si Bto Augustino credimus pitagoras
nigromaticus fuit Socrates vero cunctis determinacōi
bus suis demonis p̄ferebat responsa Et de iure ca
nonico quilibet familiaris demonis habetᷣ h̄eticus.
Na̅ qui vult videre porphirij speculacōnes subli
mes Qui diabolici apolonis oraculo fultus pollu
to ore in dn̅m ih̅m xp̄m et eius cultores ausus ē blas
femare hic cu̅ ceteris philosophis non solu̅ non credunt
xp̄i ꝛ omnium resurreccōne Sed negant ꝓstrepentes ea̅ fore
impossibile. platonicus etia̅ quida̅ in eundem redep
tore̅ nostꝝ quo sit incarnatus ꝯsurgit Et sui magri
fretus auctoritate nequissima scribit dicens Nullus
deus miscetur homini Hij tales ꝯtra recta̅ fide̅ acu
tissimis argumentis disputant Iniquoꝝ nequissimu̅
dogma multis zophismatibus vanis armatus ī tradi
tulius Qui du̅ liberꝝ arbitriu̅ nititur ꝯstruare
cu̅ insipiente deu̅ negat in corde suo Herasiarcha
aute̅ fuisse Aristotile̅ non dubitant qui viderunt eius
virolenta̅ atqȝ sediciosa̅ doctrina̅ pariter q̄ si credunt
Bto Augustino qui eu̅ sic appellat libro octauo In
hijs gymnasijs dicta an aiarꝝ periculis Garriunt pla
to ꝛ plathonici Stoici Achademici porphirius et ci
cero de re publica scribens cu̅ corporibus aīas beati
ficari non posse Sunt namqȝ libri gentiliu̅ et poetici
hijs supsticionibus pleni Qui si ad manus xp̄icole
venerint Caueat sibi ne lateat hamus sub esca
Ne rethe milcam ambiat grana Ne ve muscipula sit
in captura̅ parata Inter caribdim ꝛ ▬ sillam insue
tus nauta absqȝ docto pedota non eat Viatores hospi
cia requirunt et victu̅ Sed meroen fugiant Non decli
nent ad cyrcem Ibi Aristomeus hic ulixes cu̅ suis
non exigua̅ patiuntur iactura̅ Rosas apuleus require
bat ut rediret ad hoīem obfuit illi temptasse ydo
latricas degustare Soporata est morte nobilissima
pysseen quo pixidem leti patefacta respexit Ur
tica̅ quandoqȝ du̅ legitᷣ Rosa manus urit in pru
denter legentis. ponamus si placet helena̅ etia̅
sacre pagine cathedra̅ regente̅ demus illi tota̅
hospitam minerua̅ Sicut typrica venus non pla
tonica sit unu̅ cu̅ palade facta Nunquid paridi tar
sillo piramo an etia̅ herculi erit ꝯsulendu̅ eius
scolas intrare et s̄monibus diuinis intende̅ Absit
Ibi namqȝ Adam eberet Sapson vilescetᷣ lassaretᷣ
dauid Salomon insaniret Amon languerent Et pe
tra solida petrus mutaret Qua ꝓpt Sanctus Jeronimus
in Regula ad Eustochiu̅ vocat stultos mundi philo
sophos dicens hac doctrina spualem Stultus plato
Athenis non didicit Non Aristotiles Non Anasagoras
Non ceteroꝝ mundi stultoꝝ sapientu̅ turba p̄cepit.
Atende et tu stultoꝝ sapientu̅ p̄inceps Aristotiles
Et si fueris grande p̄digiu̅ in huana natura Tame̅
hoc nesciebas Quoꝝ sapiencia mundi stulticia est apud
deu̅ Et sapiencia carnis est mors Ideo Sanctus paulus
ap̄lus p̄hibet dicens Cauete ne quis vos decipiat p̄
inanem philosophia̅ scd̅m elementa mundi Nomine
mundi elementoꝝ exp̄mere voluit non solu̅ phisica̅
Sȝ etia̅ zophistica̅ dialetica̅ et ventosa̅ Rethorica̅
a quibus philosophadi naturaliter exoriuntᷣ p̄ mor
dia. Quare ego in presenti opere Respuo platone̅
latentis nature secreta rimantem. pytagora par

nipendo cuncta sperici orbis climata distinguente Nicoma
chum quoque tritum ephemeridibus digittos abdico Euclyden
perplexum geometricalium figurarum studiis declyno Cunctos
rethores cum suis coloribus indistincte pretereo Omnes dya
leticos cum suis sylogysmis et zophisticis cavillacionibus in
dignos habeo doctrina spirituali decerno. Tremant cynici suam
iugiter amare sapiencie meditatem Querunt perypatetici
latentem in profundo putei veritatem Ego summam et increatam
veritatem invenire desidero Illa que de terra orta est non
iam in puteo ignobiliter latitante sed in celo manifeste re
gnante. Quid enim michi in sanienum fabulosa cometa
Quid in tumencium tragediarum coturnata dissemina de
fluant Comicorum turbe venena libidinum crepantibus buc
cis efluere Cesset Satyricorum vulgus suos exclamato
rie denunciacionis amaris dapibus honerare Non in
ci Tuliani oratores acurata lepide urbanitatis tru
tinent verba Non demostenici rethores capciose sua
dele argumenta versuta componant Cedant in suas tene
bras omnes terrene sapiencie fecibus delibuti Nichil in
conferat sulphureo caliginose doctrine splendore togati
Cristi me simplicitas doceat Vera apostolorum et sanctorum patrum
rusticitas ambiguitatis me vinculum solvat Quia iux
ta pauli vocem placuit deo per stulticiam predicacionis sal
vos facere credentes Litera igitur que occidit absce
dat et spiritus vivificator in tam arduo opere assistat
Ego enim ut verum fatear magni sudoris et plena peri
culis dificultate scribendi libros advertens latere
ymo subterfugere volui Sed Venerandi patres quos patres
heremite sacre heremi Camaldulensis hoc caritatis honus
michi imposuit. Quid enim hiis diebus gravius quam li
bros colligere Quod rigidius examen quam id a paupe
verbis et sensu requirere Si enim requisitus non scrip
sero iam iudicatus sum Segnis inscius aut proterrus
Si volens parere et deme non presumens aliorum dicta com
portare studuero Velud miser ingenio uti repertis
et de alienis censebor gloriari Ex si ad nova cuden
da me dedero presumpcionis arguar quod post tot scripta
ad que nec dum intelligenda sed nec legenda suficimus
presumpsi quidquam novum dicere quod non alius sit antiquum
Sed quia durum est fraterne caritatis recalcitrare sti
mulo presertim ubi racionalis excusacionis fuga non
patet Nisi sola ignorancia que ipse videtur esse tur
pitudinis alleget. Vincat ergo timorem caritas que
ipsum invincibilem vicit ut inmortalis moreretur
pro nobis. Nam ut scribit Beatus Augustinus de doctrina
christiana Sola caritas est que vincit omnia et sine qua
nichil valent omnia et que ubicumque fuerit trahit ad
se omnia Amemus ergo scienciam sed ante ponamus caritatem
Sciencia enim si sola est inflat Quia vero caritas edifi
cat scienciam non permittit inflari Nam caritas ut ait apostolus
Omnia suffert omnia sustinet non inflatur non est am
biciosa non querit que sua sunt Et lingue cessabunt
et sciencia destruetur caritas vero nunquam excidit. Hec
est heremitarum et confessorum vera Ethica virtutum moribus
decorata. Hec est prelatorum vera politica Subditos
regens iuste cum salubri disciplina. Iubar caritate
consistit omnis physica martirum et doctorum virum celis in
ferencium. Est et angelorum ac omnium beatorum divina me
thafisica in summum bonum incessanter intenta. Huius
ergo obsequens mandato appono manum calamo Atque
hunc librum propter simplices sermone simplici dictabo
Spiritualia spiritualibus coaptando Et hoc per modum cuius
dam dialogi In quo heremita devotus meditando in
terogat angelum Et angelus custos eius intellectu

mentaliter respondet Et ne prolixitas voluminis le
gentibus tedium ingerat Quinque tantum capitula hic liber
contineat Et quodlibet capitulum Quatuor interogaciones
et totidem responsiones difiniat ut libri brevitas
facillius alliciat legentes

De Amaro et periculoso Gustu huius mundi Capitulum primum


Egenti michi
Euangelium Sancti mathei Occurrit suavissima promissio domini nostri ihesu christi
Sic dicentis Amen dico vobis Quia
omnis qui reliquerit domum aut patrem
aut matrem aut agros propter nomen meum Centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit. Ego quidem a die quo
regularem feci professionem domum paternam Cognatos
et parentes ac omnia que sunt huius mundi pro nomine christi
dereliqui Quero igitur si hec sufficiunt ut possim
esse de vita eterna securus. ¶ Responsio. —

Angelus. Nequaquam ista sufficiunt Nisi etiam
parentum ac tocius mundi relinquatur affectus
Numquid oblitus es Ex sanctus et gloriosus Jeronimus
Scribit in regula sua dicens Non sufficit cuncta tempo
ralia in mundo relinquendo ad monasterium aut heremum pau
pertatem accedere si mens intima appetit que reliquit
Magis enim contemplantur oculi dei affectum quam censum
Et melius est cum ceteris divitibus divicias insistere
quam in monasterio aut in heremo paupertatem appetere
Quia melius fuisset tibi cum tuis diviciis in mundo
manere et cum modica pena dapnari Quam ipsas re
linquendo et in monasterio aut in heremo exorta in te
cupiditate vel superbia ad infinitam cum maiori pena deduci
Sanctus quoque Basilius in Regula sua sic ait A cogna
tis quidem et amicis separari tantum affectione convenit
quantum mortuos a viventibus distare videmus Et enim
qui in veritate mundo et omnibus que sunt in mundo abre
nunciavit hic mortuus est mundo et omnibus que sunt
in mundo sive sint parentes fratres aut cognati Qui vero
secularium amiciciam diligit et cum eis loqui deside
rat iterum mente ad mundum redit et a bono proposito
recidit ac priorem vomitum ac sue ingerit et ab ini
mico vulneratus est Solum quod simulacrum religionis fi
guram et habitu circumferre presumit Sed et Beatus
Benedictus volens omnem affectum mundi et parentum
auferre de corde monachorum In Regula sua sic precipit
Si quis de nobilibus offert filium suum deo in monasterio
promittat sub iure iurando quod nunquam per se nunquam per suppositam
personam nec quolibet modo ei aliquando dabit aliquid
nec tribuat occasionem habendi atque ita omnia obstru
antur ut nulla suspicio remaneat monacho per quam
deceptus perire possit quod multorum experimento didicimus
Demique Sanctus Augustinus in Regula sua sic scribit Qui
aliquid habebant in seculo quando ingressi sunt monas
terium libenter volunt illud esse commune tamen non ha
beant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem
ex paupertate venerunt Nam quid prodest dispergendo divici
as dare pauperibus et pauperem fieri Cum anima misera
superbior efficitur divicias contempnendo quam fuerat pos
sidendo. Equidem mundus et omnis creatura mundi quantum
in se bona est dicente scriptura vidit deus cuncta que fe
cerat et erant valde bona Sed concupiscencia eorum est
Amara et periculosa Quamvis stultis videatur esse dul
cis et secura Unde Sanctus Johannes in canonica ait Omne
quod est in mundo Aut est Concupiscencia oculorum id est A
varicia Aut Concupiscencia carnis id est Gula et luxuria
Aut est superbia vite id est appetitus honoris vel digni
tatis Et ideo Amara et nimium periculosa est mundana

gustacio et vita Quia secundum beatum bernardum periclitatur
castitas in delicijs humilitas in diuicijs pietas in nego
cijs veritas in multiloquio caritas in hoc nequam secu
lo Beato Gregorio sic dicente Quid sunt mundana omnia
nisi vana quedam sompnia Et quid profuit superbia amato
ribus suis Aut diuiciarum iactancia transierunt
omnia velud umbra Ubi sunt principes gencium Ubi sapiens
ubi scriba ubi inquisitor huius seculi Ubi absalon
speciosus ubi Asuerus gloriosus Ubi Allexander po
tentissimus ubi Sampson fortissimus Ubi Cesares Roma
ni ubi Reges et principes inclitj Quid illis profuit
vana gloria et brevis leticia vel mundana potencia
Quid carnis voluptas Quid diuiciarum falsitas aut con
cupiscenciarum amara suauitas Ideo beatus augustinus
ait Uincula huius mundi habent asperitatem veram et
iocunditatem falsam Certum dolorem incerta volupta
tem durum laborem nulla quiete plena miserie rem
inanis beatitudinis spem Tu ergo si racione sapis de
sine per affectum sequi quod consequi miserum est Desine tran
sitoria amare que amantem inquinant et diu durare
non possunt Quia transsit mundus et concupiscencia eius
Quid vis ergo utrum amare temporalia et transsire
cum tempore Aut amare christum et in eternum viuere Unde beatus
Ambrosius ait Queramus in mundo quis possit dicere
porcio mea deus Quis alienus auicijs Quis segre
gatus alabe peccati Quis nichil quod habeat cum
seculo Quis nichil sibi vendicet de hoc mundo Quem
non inflamet libido Non efrenet luxuria Non sternat
ambicio Non maceret inuidia Non aliqua secularium
negociorum cura solicitet Nam qui plus diligit mun
dum quam deum seculum quam claustrum aut heremum Gulam
quam abstinenciam Luxuriam quam continenciam sequitur
dyabolum et ibit cum eo in ignem eternum Unde beatus Augustinus
ait Floret miseri felicitate seculi et pereunt vir
tute dei Floret ad tempus et pereunt in eternum Floret
falsis bonis et pereunt tormentis veris Ideo beatus
Cirillus in libro miraculorum sancti Ieronimi sic ait In
superioribus partibus egypti Erat quidam heremita nomine
helyas Quem sanctus Ieronimus habuisse spiritum prophecie plu
ries enarrauit hic quadam die raptus in visione di
uidit in quodam palacio Regem sedentem pro tribunali ut
iudicia exerceret Inter hec vidit animam Anthonianum
pessulis Anequam spiritibus cathenis igneis vincta
instar fornacis flamas erupens sulphureas ma ie
stati regie deportari Que prius quam de aliquo inter
garetur cepit diris vocibus se infernalibus mansioni
bus dignissimam aclamare hanc causam asignans Quoniam
vanis mundi pompis intentus in conuiuijs et bonis ves
tibus et huius modi stulticijs delectabatur Quibus
finitis data per iudicem sentencia ut penis infernalibus
traderetur donec corpori iuncta duplices penas in
perpetuum sustineret Mox illa omnis demonum turba
cum diris clamoribus ad inferni tormenta deportauit

Heremita Nuper ad manus meas peruenit Epistola
sancti Jacobi apostoli In qua valde mirabilem doctrinam
legi ubi sic ait Fratres Nemo dicat quando
temptatur deus enim neminem temptat Unusquisque autem
temptatur a concupiscencia sua abstractus et illectus deinde
concupiscencia cum conceperit parit peccatum peccatum vero
cum consummatum fuerit generat mortem. Quero igitur
unde concupiscencia concipitur Et qualiter peccatum de
concupiscencia nascitur Insuper Quomodo possum cognoscere
quando peccatum est mortale et quando non est mortale sed veniale

Angelus Carnis concupiscencia ex ventris ingluuie
nutritur ut crescat et pariat peccatum Nunquid
oblitus es Quod Sanctus et gloriosus Ieronimus in Regula
sua dicit Non apponatur in mensa vestra concupiscencie et
libidinum incitamenta sed que possunt extinguere ut
legumina aut holera condita in oleo Raro sciatur quod in
aquis oriatur et viuat nisi paruj pisciculi Uinum
quoque in quo est luxuria dei famulo tamquam venenum suspec
tum sit pocius stomachi languor et aflicte nature
debilitas consulat quam delectacio vini aut ingluuies
Quod si sumere cogit magna necessitas tunc aut sit vi
num paruum et debile aut ita aqua permixtum prebeatur
in potum quod nequaquam accedat luxuriam. Sanctus quoque
Basilius in sua regula sic ait Ventris disciplina est
cruciatus viciorum et tranquilitas anime Ita ergo in cibo
panis conplebit necessitatem Et aqua curabit sitim Et
quecunque sunt ex seminibus ad faciendum pulmentum que nece
ssaria corporis fortitudine possunt saluare. Sed et beatus
Benedictus in Regula dicit licet legamus vinum omnino non
esse monachorum Quia vinum apostotare facit eciam sapie
ntes Sed quia nostris temporibus persuadere id monachis non
possumus saltim consenciamus ut non bibant ad sacietatem
Duo vero pulmenta propter diuersorum infirmitates et panis
una libra propensa sufficiat. Denique Sanctus Augustinus in Regula
sua sic scribit Carnem vestram domate ieiunijs et absti
nencia esce et potus quantum valitudo permitit Illi ergo
se putent esse feliciores qui in sustinenda parcitate fue
rint forciores Melius est enim minus egere quam plus ha
bere Sed a contrario homines mundani et seculares ibi
putant esse gaudium ubi more pecudum ventri seruiunt
in dei contemptum Unde beatus Ambrosius ait Male dum seruitur
gule que semper expetit nunquam expletur Quid enim insa
ciabilius ventre hodie suscipit cras egerit Cum reple
tus fuerit disputat de ieiunio Cum vero digesserit va
le virtutibus dicit Ideo beatus Augustinus dicit Quid est secu
larium leticia nichil aliud quam inpunita nequicia
inebriari luxuriari Comessacionibus variis vanitatibus
intendere et plus nichil in hac vita sustinere putant
enim mali se esse in delicijs Quia non statim puniuntur pro
suis nequicijs Et ignorant miseri quod mors eterna est
in delectacione abscondita Que quidem delectacio fa
cit peccatum Et peccatum cum consumatum fuerit generat
mortem. Et quia queris Quomodo possis cognoscere quando
delectacio concupiscencie est peccatum mortale et quando est
veniale. Accipe talem informacionem. Peccata morta
lia actualia unum habent principium quod est contemptus gene
ralis precepti diuini Habent duplicem radicem videlicet
Timorem male humiliantem et Amorem male inflama
tem Habent triplex fomentum secundum illa tria que sunt
in mundo videlicet Concupiscencia oculorum Concupiscencia
carnis et superbia vite Habent Septem capita que sunt
Superbia Inuidia Ira Accidia Auaricia gula luxuria
Dicuntur autem hec capitalia peccata Quia sunt de
ordinaciones principales et ad multarum aliarum deordi
nacionum principia suo modo influencia Ideo quandocunque
suggestionem sequitur delectacio et consensus et opus in hijs
que a diuina lege prohibita sunt tunc semper est peccatum
mortale Quia infert mortem anime que est culpa et pe
nam yehenne nisi per penitenciam remittatur Si vero sug
gestionem sequitur delectacio et consenssus absque opere
Quia forte non potest facere malum quod vult tunc ille consen
ssus et mala voluntas pro facto reputatur et eciam
est peccatum mortale Quando vero suggestionem sequitur
delectacio sed racio repugnat sensualitati et uti

litas no preferitur honestati Et caro quamuis concupiscat
non tamen preferitur racioni Tunc non est mortale sed venia
le peccatum quia hoc ipso dignum est venia quod caueri non pos
sit. Verumtamen potest aliquis contrahi peccatum mortale so
lo affectu et amore tali modo Quando amor vel affectio
crescit ad aliquam creaturam vel ad se ipsum et est tam ma
gnus quod in eo constituitur vltimus finis et quod aliquis non cu
rat deum offendere aut precepta eius transgredi propter amo
rem creature vel sui ipsius vel cum aliquis vellet semper
hic manere cum creatura et non curaret de eterna beati
tudine Tunc talis amor semper est peccatum mortale Quia
ibi est aliquis contemptus dei si non formalis tamen inter
pretatiuus Et est fruicio creature quia preponitur deo
creatura Si vero aliquis diligit creaturam aut se ipsum
plus quam debet Sed tamen propter hoc nollet deum offendere
nec eius precepta transgredi nec vellet ipso carere tunc
est peccatum veniale. Cauendum est insuper peccatum
mortale in sola cogitacione et delectacione in qua si
sit longa mora et tamen racio non consentit in opus neque
in ipsam delectacionem sensualitatis sed ibi moratur inui
te Quia non potest et nescit expellere talem cogitacionem
tunc non est mortale peccatum Sed tamen debet confiteri
occasione data Et si longa mora in carnalibus aut vicio
sis vel vanis cogitacionibus fecit Si vero in delectacio
nem cogitacionis fit consensus et non in opus Quia non
vult in opus procedere sed vult tantum intus in cogi
tacione et delectacione morosa voluptari tunc est
peccatum mortale Quia in tali consensu inferior
porcio racionis sequitur sensualitatem et propter hoc
fit subuersio ordinis recti et per consequens fit sub
uersio iusticie Ideo beatus Cirillus in libro miraculorum
sancti Ieronimi scribit ad beatum Augustinum de nepote
suo dicens Nepos meus Ruffus nomine vtroque priuatus
parente amiculus ad meas peruenit manus Qui vti
nam ex matris visceribus non exisset nec illi quod susti
net contigisset Crescens itaque idem puer infelix eta
te sed non sapiencia ingenti pulcritudine corporis sed non
anime decoris quia moribus honestate et bonitate quam
quam vane decoratus a cunctis diligebatur hic inde
cimo octano etatis sue anno imbecillis et misimus ex
spirauit propter quem tantus ab omnibus insonuit luctus
quod vix per mensse potuit finiri Ast ego gloriosum rogaui
Ieronimum ut in quid meo nepoti accidisset enararet
et obtinui quod gliscebam oranti enim michi quadam die
hora nona tantus euenit fetor quod naribus non pote
ram tollerare Cuique vnde tantus fetor adesset admi
rarer Eleuatis oculis vidi infelicem Nepotem meum
cathenis igneis ligatum Qui instar fornacis flam
mas fetidissimas erupebat Tunc ego si meus esset
nepos voce cepi perquirere tremebunda Ad hec
ille vtinam inquit non fuissem nec tam diris cruciatibus
esse deputatus Nam scias me tartareis mansionibus
perpetue deputatum pro nulla alia causa Nisi quia in
ludis puerilibus maxime delectabar Atque quia in mor
te accepta penitencia quasi stulta ignorancia de
illo ut debui post posui confiteri ideo diuina non me
rui venia Et hec dicens a meis disparuit oculis
Sed fetor intollerabilis adhuc in illo loco rema
sit ita quod nullus potest in illum locum introire.

Heremita Quam vana sunt et amara omnia terris
historia iam cognosco Et perpendo quantum pe
riculosa est mundana conuersatio et ideo mundum
cum omnibus suis deliciis fugio et contempno Sed quia hiis die
bus legendo epistolas sancti pauli apostoli mirabilem doctri
nam reperi vbi ait fidelis sermo Si quis episcopa
tum desiderat bonum opus desiderat Ex quo fateor
quod euenit in me desiderium esse prelatum non ob aliud nisi

Angelus Eo tempore quo apostolus [in margin: quod posse facere bonum] hanc doctrinam scripsit maxima fidei xpiane persecucio
fuit Et in qualibet ciuitate ille qui erat epi
scopus primus ad martirium trahebatur et ad tormenta
Ergo illo tempore desiderare Episcopatum non erat aliud
quam desiderare martirium et ideo erat bonum Nunc vero
in pace ecclesie est magnum periculum desiderare esse prelatum
Nunquid oblitus es quod sanctus et gloriosus Ieronimus in Regula
sua scribit dicens Superba mens hominum in profunda periculi semper
maiorum dignitatum ascensum appetit Nec nisi post factum
terretur ex descensu Quia quanto alcior est ascensus tan
to grauior et durior fit descensus Sed forte descensum
rarum estimas Sed firmissime doctus experienciis non pau
cis dico Raro per gradus dignitatum ascendit homo qui
multo grauius non descendat Nam dominus qui te suis omnibus
posuit pastorem in sua te vinea locauit custodem A te
vult de singulis coram oculis exigere racionem Et si
quid cum defraudaueris te diabolis venundatum in carcere
infernali ponendum iubebit vbi est fletus et vermis et stridor
dencium vt exprimatur in hiis quicquid doloris et pene ex co
gitari potest. Sanctus quoque Basilius in sua regula sic ait
clericatum quidem aut prelaturam fratrum desiderare ex
citatorem nullatenus conuenit dyabolicus enim languor
est Nam amor principatus Crimen supremum est dyaboli
ce malignitatis Et ille quidem ab hoc vicio ad manifes
tam delatus est ruinam Et qui hoc detinetur vicio
equalia illi pacietur tormenta. Quia fraudulentos
et contenciosos et maliloquos et adulatores et versu
ciarum fabricatores et infinitis conturbacionibus plenos
hoc vicium captiuatos tenet. hic enim talis indignos videt
dignos et detrahit eis et multociens exorat eis mor
tem vt necessitate veniat super eum electionis decre
tum Quorum si aliquis ei resisterit dolos contra eum confingit
et turbaciones ac suspiciones infinitas habebit et
tranquilitatem anime destruet et deus ab eo recedet.
Scientes igitur manifestam dampnacionem fugiamus
prelacionis concupiscenciam. Sed et Beatus Benedictus in
Regula dicit Ordinatus Abbas aut prelatus Cogitet
semper quale honus suscepit Quia qui suscepit animas
regendas paret se ad racionem reddendam Et quantum
sub cura sua habet fratrum numerum agnoscat pro certo quia
in die iudicii ipsarum omnium animarum est redditurus deo racionem
sine dubio addita et sue anime. Denique sanctus Augustinus in Regu
la sua ita scribit Ipse qui vobis preest non se estimet
potestate dominantem sed caritate seruientem felicem Honore
coram vobis sit timore vero coram deo substratus sit pe
dibus vestris Circa omnes se ipsum bonorum operum prebeat
exemplum et plus amari a vobis appetat quam timeri.
Semper cogitans deo se pro vobis redditurum esse racionem
Quia qui inter vos quanto in loco superiori tanto in pe
riculo maiori versatur Ideo beatus Crisostomus super mattheum
ait Quicumque desiderauerit primatum in terra inueniet
confusionem in celo Nec inter seruos xpi computabitur qui
de primatu tractauit nec vnus quisque festinet quomodo
aliis maior appareat sed quomodo omnibus inferior videatur
Quia ridiculosa res est Gradus supremus et animus
infimus Sedes prima et vita yma Sermo multus et fructus
nullus vultus grauis et actus leuis ingens aucto
ritas et nutans stabilitas vnde beatus Ambrosius in pas
torali ait Magna sublimitas debet habere magnam cau
telam honor grandis grandiori debet sollicitudine
circumuallari Cui plus creditur plus ab eo exigetur.
Sicut scriptum est si cecus ceco ducatum prebet ambo in
foueam cadunt Qui ergo talem se esse non ignorat
prelaturam minime appetat ne pereat. hinc beatus Gregorius
in suo pastorali ait Sciant hoc prelati quod si peruerse

aliquid perpetrat tot mortibus digni sut quot pdicois
exempla ad subditos transmittut. Ideo btus Bnardus
sup psalmo Qui habitat sic ait Principiu nostre 9uer
sionis pma teptacio exagitat Que vocat timor noc
turnus Quia no timeret austitas discipline si vide
tur imensitas gloie Sed si quis hanc vicerit sequit cu
alia teptacio que vocat a sagitta volante in die hoc e
a vana gloia que pvenit ex bonis opibus Et si hec
vincitur Sequit alia teptacio que vocatur A negocio p
ambulante in tenebris hec sut dignitates et honores
Ut si quis no curavit laude et vana gloria Saltem delec
tetur honore et apetat dignitates Et negociu dr p
ambulans in tenebris Quia tales ambiciosi abscodut
q sut et ostendut se q no sut Quia honores apetut
Qui apetitus vocatur Ambicio Que est pessima filia
supbie. hanc ide btus Bnardus difinit in hec verba Am
bicio est radix iniquitatis subtile malu secretu virus
pestis oculta doli artifex mater ypocrisis livoris
parens viciorum origo Criminu fomes virtutu erugo
tynea sanctitatis Ex remedijs morbos creans Gene
rans ex medicina languore. hoc declarans papa In
nocencius sic ait Ambiciosus statim ut est ad honoes
pmotus in supbia extollitur et in iactancia refre
natur No curat pdesse sed gloiat pesse psumit se
meliore quia videt se esse supiore Amicos dedigna
tur et notos ignorat Sublimia meditat sub esse
no patitur pesse molitur Subditis honerosus oibus
infestus molestus arogans et inportunus. Ideo Sanctus
Jeronimus in Regula ad Eustochiu scribit valde nota
bile miraculu dices Erat quida heremita etate iuue
nis sed moribus maturus Qui ob vite merita ad epi
scopale fastigiu fuit electus. hic queda suu patruu
herem incola viru utiqz sanctu et pphetie spu plenu
ut eu de hoc 9suleret adijt non incautus Sed 9silio
sui patrui electioni renunciat ut teneret q est
tutum Qui post modicu felici obitu moriens hilaris
et iocudus aparuit patruo suo dicens Gracias
tibi pater refero de bono 9silio Nam scito q mici esse
de mo dapnatorum si fuissem de numero prelatorum

Heremita Quatu audio valde est periculosus
status prelatorum Ego vo solu ad hoc deside
rabam esse platus ut possem habe locu pdicadi
et possem alios doce Quia legi in Ewagelio Et sius
nequa fuit 9depnatus quia abscondit talentu sibi
adeo 9cessu Ideo ppt hunc timore Ego licet modica
habeo sciencia tamen libetissime alijs pdicarem

Angelus Bonu est pdicare et docere hoies
ad bonu et extrahere ipos ab errore et trasf
ferre ad veritatis agnicione Sed ille ordo est ye
rarchicus et valde sublimis ac solu pfectorum sicut
fuit xpi et apostolorum. Et si tu adhuc no es pfec
tus Sede in cella tua Ne forte audias tamquam
in pverbio dicentes Medice cura te ipm Ne du
velis alios curare tuam destruas sanitate et
excas a libertate spus a mentis turbacone pro
eo q mens tua adhuc indiget custodia et sen
sui subiectione Nunquid oblitus es Et Sanctus et
gloiosus Jeronimus in Epla 9tra vigilanciu heticu
scribit dicens Non sunt a suo studio Monachi et he
remite detrendi tua vipperina lingua Quibus ar
gumetaris et dicis Si omes se in heremo reduse
rint Quis celebrabit eclesias Quis seculares
hoies lucrifaciet hoc eni modo si omes tecu fa
tui sut sapiens esse quis poterit Monachus no doc
toris hz sed plangentis officiu Qui vel se vel mun
du lugeat et dni pavidus pstoletur aduentu. Cur
in quis pgis ad heremu Ideo ut mulieres ad 9cupisce

du no videa ut te no audia ut tuo furore no movear
ut tua et aliorum bella no paciar Respondebis hoc
no est pugnare sed fugere Sta tu in acie armatus.
vel vinces vel cades Ego fateor infirmitate meam
Nolo pugnare spe incerte victorie Si fugero gladiu
devitavi Melius est tenere certu qua incertu Aut
scuto aut pedibus mors vitanda est. Nulla est secu
ritas vicino spente dormire Nam luxuria Avaricia Ira
Invidia et fere oia vicia cauentur in heremo 9 circo
heremite et monachi declinet urbes et oppida ne cogat
face ea pro quibus dapnentur. Sanctus eciam heremita ysaac
in libro de doctrina misteriorum dei sic ait Dilige ociu
solitudinis herem plus qua 9uertere multas gentes
ad agnicione dei Melius est eni a peccati vinculo sol
uere temet ipm qua liberare servos a servitute Melius
est tibi pace habe in aia tua qua pacificare eu doct
na tua discordes Et quamvis bonu est doce homines
ppt dm tamen melius est ut se ipm inudet quis apt
deu Multi eni alios docuerut et miracula fecerut
et eciam mortuos suscitavrut Et post modu ipi qui
alios suscitavrut ad execrabilia vicia et horibilia
peccata ceciderut et fuerut alijs in scandalu Qua
tu in infirmitate aie laboraret de sanitate ppa no
curaverut sed exposuerut se mari hmus seculi ad sa
nadum aias aliorum du ipi egrotaret Nam ipsorum in
firmitas sensuu obstare no poterat flame rerum
habencium ex 9suetudine viciorum dificultate Adhuc
eni indigebat cavere sibi ne videret mulieres aut
possideret pecunia Neqz pessent alijs nec 9tra quequam
extolleretur Ergo in omni tempe te ipm reputa ni
chil scire ut culpa efugias arogancie Semp te ipm
estima indigere doctrina et eris sapiens omnibus diebus
vite tue. Unde et Btus Bnardus sup cantica sic dicit Ceterum tu
frater q tuu est sparzgis et pdis si prius qua tu totus
impleaveris festines efundere Nimiru vita et salute
qua alijs vis dare te ipm fraudas Ideo si sapis no eris
canale sed concha Canale eni simul recipit et refundit
Concha vo donec impleatur expectat et sic q supha
bundat sine suo dapno 9municat Scies maledictu qui
sua parte fecit detriore Sed forte dices Caritas
no querit que sua sut Et tu scis qua obre Caritas
que sua sut id est ppe salutis necessaria nunqua no
habet sed habundat et ideo no querit Alioquin si plena
no est pfecta no est Tu vero frater Cui satis firma
salus ppria adhuc no est Cui caritas aut nulla aut
ita debilis est ut 9tra madatu dei in favore liqscat
Timore deficiat pturbet tristicia contrahat
avaricia protrahat ambicione suspicionibus
glorificato Cũ alio vero corpore glorificato in vno et eodẽ
loco simul esse nõ potest quia vnũ nõ est materiale
respectu alterius nec ꝑtrãsibile Erũt etiã corpora
electorum bene colorata clara et lucida sicut sol proprio
tamen colore nõ amisso Sicut enssis ꝑmultã tersio
nem induit claritatẽ seruato colore proprio Et sicut car
bo sup induitur ignẽ proprio colore nõ amisso Sic erũt
glorificata corpora beatorum Dampnatorum vero corpora nõ
inmutabuntur sed resurgent cũ suis deformitatibus Et
erũt passibilia quia oportent pati in inferno igne eternũ
et alia tormenta grauissima Erũt etiam grossa ita
q̄ nunquã poterunt exire de inferno nec de tormentis
Erũt etiã obscura et tenebrosa quia semper manebunt
in tenebris exterioribus vbi erit fletus et stridor den
tiũ. Tu ergo hec audiens time diem iudicij Sicut
sancti et electi dum viuerent timuerunt Nunquid oblitus
es q̄ sanctus et gloriosus Jeronimus scribens sup Mathiam dicit
Quocies diem illũ considero toto corpore contremesco.
Sine enim comedo siue bibo siue aliquid aliud facio
Semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus
meis Surgite mortui venite ad iudicium Et si tantũ
timuit Sanctus et gloriosus Quid tu lignũ aridũ respon
debis in illo die quando exigetur a te usque ad ictũ oculi
om̃e tempus tibi ad penitenciã concessũ qualiter sit
expenssũ Quando nõ solũ de operibus malis inutili
bus et infructuosis sed etiã de verbis leuibus iocosis
et ridiculosis et de cogitationibus vanis inutilibus et
ociosis redditurus eris deo rationem Ideo beatus Ambro
sius sup Lucã ait Ve michi si peccata mea nõ defle
uero Ve mihi si dignã penitenciã nõ fecero Iã ad radicẽ
securis posita est ut faciat fructũ qui potest Nã
tempus gracie debet michi esse tempus penitencie
ym et beatus Augustinus ait Mens nostra mundi huius concupis
centijs illecta fugit laborem apetit voluptatẽ et
ad hoc ducitur ut a se consuetudinẽ vite bone exclu
dat Sed cũ incepit cogitare futuri iudicij necessi
tatẽ et penarum eternarum crudelitatẽ voluntariũ bellũ
in ducit passionibus et desiderijs suis Et timore suppli
cij vim facit pessimis desiderijs et violenter se rapaz
vincẽ contendit Sed quidã miseri nõ timent diem
iudicij Quia dubitant futurã corporum resurrectionẽ
vn beatus Gregorius libro moralium sic ait Sunt nõ nulli conside
rantes q̄ spiritus a corpore soluitur q̄ caro in putredinẽ
vertitur q̄ putredo in puluerẽ redigitur q̄ puluis
in helementis soluitur ut nequaquam ab oculis huma
nis videatur Ideo resurrectionẽ fieri desperant
et dum horida ossa despiciunt hec vestiri carnibus
rursũ et ad vitã viridescẽ difidunt Qui si resu
rectionis fidem ex obediencia nõ tenent hanc tenere
ex ratione in elementis suis mundus nos inuitat
Nã videmus in hyeme arbores quasi mortuas
et aridas Quas veniẽte estate videmus folia erũ
pere fructus grandescẽ et totã arborẽ viuo decorẽ
vestiri Similiter si consideramus paruũ tantus libet
arboris semen q̄ in terra iacitur ut ex illo arbor
producatur vbi ergo videtur in tam paruo semine tam
inmessa arbor vbi viriditas foliorum vbi cortex
vbi fructus Quid ergo mirũ si de modico puluere
deus tu vult hoiem resussitat. Verum tamẽ opor
tet primũ diem iudicij signa precedere que dominus in
euãgelio predixit dicens Erũt signa in sole et luna
et stellis et in terra et in mari Sed et Johel propheta ait
Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinẽ ante
quã veniat dies domini magnus et terribilis Ideo Sanctus
Jeronimus dicit se inuenisse in analibus hebreorum signa
xv. Que precedent diem iudicij Prima die herbe et arbo
res dabunt rorẽ sanguineũ et veniet pluuia cũ sang
uine et om̃es aues et volatilia sedebunt ꝑ campestria
et nõ comedent quidquam nec bibent quasi dolentes de per
dicione humani generis et de pena et dampnacione hominum
peccatorum Secunda die mare eriget se supra mõtes
cubitis xl^ta stans in loco suo quasi murus Et die ter
cia descendet in profundũ q̄ vix poterit videri Et die
quarta om̃es pisces et belue marine dabunt mu
gitũ et clamorẽ usque ad celũ quasi pre dolore hominum
dampnatorum Quinta die ardebit mare et flumina
Sexta die cadent domus et edificia et homines ab
scondent se in speluncis et in cauernis terre Septima
petre colident se ad inuicẽ et facient sonũ terribi
lem Octaua fiet generalis terre motus ita magnus
q̄ nullũ animal poterit stare sed cadent in terra et terre
om̃es bestie et animalia venient in simul et facient
mugitus et clamores usque ad celũ quasi dolentes
de dampnatione miserorum hominum Nona die equabitur
terra et om̃es montes et colles in puluerẽ redigentur
Decima exibunt hoies de cauernis terre palidi pre timo
re et quasi amẽtes nec poterunt loqui ad inuicẽ
Vndecima aperientur om̃ia sepulcra ab ortu solis
usque ad occasũ ut om̃es mortui possint resurgere
Duodecima Sol conuertetur in tenebras et luna in sang
uine et stelle cadent hoc est a sub Nã om̃ia sidera
erratica et stationaria spargent ex se igneas comas
Tredecima morientur viuentes hoies ut cũ mor
tuis resurgant Quartadecima exibit ignis et arde
bit celũ et terra et totus mundus Quintadecima fiet ce
lũ nouũ et terra noua Et tunc canet tuba et om̃es
mortui resurgent in corrupti et venient ad iudiciũ

Ieremita Cũ venerit filius hominis in maies
tate sua et om̃es angeli cũ eo tunc sedebit
sup sedem maiestatis sue Et congregabuntur
ante eum om̃es Et separabit eos ab inuicem
Et statuet bonos ad dextris et malos a sinistris
Tunc dicet malis discedite a me maledicti in ignẽ
eternũ. Quotiens hec verba Sancti euangelij lego
aut audio totiens pre timore in me ipso deficio ita q̄
vix glutire saliuã meã valeo Tamen scire vellem
in quo loco dominus sedebit ad iudiciã dũ Et in forma qua
videbitur in iudicio vtrum in forma humana an in forma diuina

Angelus Ad iudiciũ finale veniet Christus in quo
deus ꝑ ipsum viuos et mortuos iudicabit et
bonos et malos Et sedebit in spatio huius
aeris Contra locũ montis oliueti de quo ascendit
et vbi est sita vallis Yosaphat Nam et iusti obuiã
Christo in aere rapientur Et in pij remanebunt in
terra Aderunt etiam sancti angeli quorum ministe
riũ erit congregare resussitatos ad iudiciũ Et
separe eos ad inuicẽ Et testificarẽ de bonis et de
malis Et mittere dampnatos in caminũ ignis In
hoc iudicio nõ videbitur Christus in forma diuinitatis
nisi solũ a bonis In forma vero humanitatis videbitur
a bonis et a malis sed diferenter Quia bonis vide
bitur blandus malis vero terribilis In hoc iudi
cio consciencie omnium erunt sibi manifeste et etiã
singulorum singulis tam bonorum quã malorum Et om̃ia
facta tã bona quã mala vtriusque ad memoriã re
uocabuntur Et om̃ia simul ab omnibus et singulis

videbunt tam bona quam mala Tamen bonis hoc presta
bitur per aspectum speculi eterni et per sublimacionem intel
lectus et peracionem divine virtutis Malis vero solum
peracione divine virtutis in intellectu · discussione ergo
facta profert xpus sententiam ad eum platone ibunt
iusti in vitam eternam Mali vero ibunt in ignem eternum
Tunc plangent se omnes tribus terre quia de omni tribu
plurimi dampnabuntur plangent se pagani et infideles
qui vanis disputacionibus suorum philosophorum decep
ti putaverunt stulticiam colere deum crucifixum
plangent se iudei videntes vincentem et vivificatem quem
quasi hominem mortuum estimabant plangent se mi
seri xpiani peccatores qui magis dilexerunt
mundum quam xpm · Et numquid tu oblitus es quod sanctus
et gloriosus Jeronimus scribit in epistola ad helyodorum
Et brevi sermone omnia ista comprehendit dicens delica
tus es frater carissime si et hic vis gaudere cum seculo
et postea regnare cum xpo veniet veniet illa
dies iudicii qua corruptivum hoc et mortale induet
incorrupcionem et inmortalitatem Tunc ad vocem tu
be pavebit terra cum populis tu si bonus eris gau
debis Judicaturo domino lugebit mundus et mugiet
et tribus ad tribum pectora feriet potentissimi
quondam reges nudo latere palpitabunt Exhibe
bitur cum prole sua vere tunc igneus iuppiter Addu
cetur cum suis stultus plato discipulis Aristoti
lis argumenta non proderunt Tunc tu rusticanus et
pauper exultabis et dices Ecce crucifixus deus meus
Ecce iudex qui involutus pannis in presepio vagit
hic est ille questuarie filius hic qui matris ge
status sinu hominem deus fugit in egyptum hic ves
titus coccino hic hic sentibus coronatus Cerne
manus iudee quas fixeras Cerne latus Roma
ne quod foderas videte corpus an idem sit quod dice
batis clam nocte sustulisse discipulos · Erunt
denique quatuor ordines hominum in hoc iudicio primi
sedebunt cum xpo iudicantes alios non sententie pla
cione sed approbacione Sicut apostoli et omnes perfecti
Qui ultra obsinacionem preceptorum habuerunt perfec
cionem consiliorum sicut boni heremite et religiosi per
fecti qui omnia reliquerunt pro xpo tali gaudebunt
privilegio unde apostolus ait Nescitis quoniam et an
gelos iudicabimus Alii iudicabuntur et salvabuntur
sicut boni xpiani seculares quibus dicetur Esurivi
et dedistis michi manducare hospes eram et colegis
tis me etc. Alii non iudicabuntur et dampnabuntur sicut
pagani Judei et heretici Quia scriptum est qui non cre
dit iam iudicatus est Alii iudicabuntur et dampna
buntur sicut mali xpiani religiosi mali et secula
res Quibus dicetur esurivi et non dedistis michi ma
ducare nudus fui et non operuistis me Ite ergo ma
ledicti in ignem eternum Et tunc figura istius mundi
peribit non natura mundanorum sed igneum conflagracione
Et innovatis elementis motus celi cessabit Tunc
apparebit signum sancte crucis et cicatrices vulnerum
xpi sole lucidiores ad ostencionem iusticie qua mali
iuste dampnabuntur Ita ut ait Crisostomus super Mathi
Et xpus in die iudicii improperabit malis labores
et dolores quos pro ipsis sustinuit dicens Ego propter
vos homo factus sum propter vos ligatus flagellatus
Spinis coronatus illusus consputus et crucifixus fui
Ecce crux in qua fui clavis afixus Ecce cicatrices
vulnerum manuum et pedum et lateris hec omnia propter
vos sustinui volens vos redimere et dare vobis vitam
eternam et noluistis Quia carnem vestram miseram et fugiti
vum mundum magis quam me dilexistis et me propter illa contemp
sistis Et diabolo suadenti plus michi obedivistis Ite ergo
cum diabolo in ignem eternum Tunc stabunt tres acusatores
contra quelibet peccatorem primus erit diabolus unde beatus Augustinus
ait presto tunc erit diabolus recitans verba professionis
nostre et obiciens nobis quecumque fecimus et in quo loco
et in qua hora peccavimus Dicturus est enim ille ad
versarius Equissime iudex iudica istum esse meum ob cul
pam qui noluit esse tuus per graciam Tuus est per naturam
sed meus per miseriam Tuus per passionem sed meus per suasionem
tibi inobediens sed michi obediens Juste iudex fac
iusticiam quia iste homo debet esse meus heu heu quid
dicet homo miserimus qui talis invenietur ut iuste cum
diabolo deputetur · Secundus acusator erit proprium peccatum
peccata enim propria unumquemque acusabunt unde beatus Bernardus
ait Superbia Ira luxuria et omnia mala opera dicent Tu nos
egisti opera tua sumus non te deseremus sed semper tecum eri
mus et tecum ad iudicium pergemus Tunc omnes male cogi
taciones raciones peccatorem acusabunt sicut in libro
Sapiencie scribitur Venient in cogitacione peccatorum suorum et
traducent eos ex adversso iniquitates eorum Tercius acu
sator erit totus mundus unde beatus Gregorius ait Si quis
quis te acusabit dico totus mundus quia offensso cre
atore omnis creatura offenditur Sed et Crisostomus super ... dicit
In illo die nichil est quod respondeamus ubi celum et terra
et aqua Sol et luna dies et nox et totus mundus sta
bunt adversum nos in testimonium peccatorum nostrorum Et si
omnia tacerent ipse cogitaciones nostre stabunt adversum
nos ante deum nos fortiter acusantes O quam anguste
tunc erunt vie reprobis Superius erit iratus iudex in
ferius horendum chaos A dextris peccata acusancia
A sinistris infinita demonia ad supplicium trahencia In
tus consciencia urens foris mundus ardens miser pe
cator sic deprehenssus quo fugiet latere erit impos
sibile et apparere intollerabile Ideo peccatores in illo
die in desperacione clamabunt et dicent montibus ca
dite super nos et collibus cooperite nos a facie sedentis
in trono et ab ira agni Quia mallent reprobi omne
tormentum sustinere quam faciem iudicis irati videre unde
Crisostomus ait Si mille yehenas proponas non tantum repu
to quantum exosum esse iudici et meo creatori et ab eo
repelli et excludi a dulcissima societate sanctorum et
alienum fieri a bonis eternis et ab hiis que preparavit deus
diligentibus se tantum generat cruciatum ut si alia nulla
pena torqueret ista sufficeret Quanto ergo maior erit
dolor privari a beatissima sanctorum omnium leticia mori vi
te vivere morti sempiterne nec umquam spem misericordie
die habere sed perpetue et sine fine in ira dei permanere

De horribili pena inferni capitulum quartum

Sepe dominus noster ihesus xpus in Evangelio ye
henam nominat Sepe ignem eternum alegat
Non umquam iudicium futurum ac tenebras
exteriores ubi erit fletus et stridor den
cium commemorat Causam huius ego esti
mo ut homines habeant timorem dei Sed quia perfecta
caritas foras mittit timorem Ego vellem scire que uti
litas est in hoc timore qui intendis est foras apostata caritate
Angelus Carnales homines idcirco se ipsos et tempora
lia diligunt Quia futura tormenta que eos
expectant non perpendunt Et quia deum nolunt diligere
in prosperis necesse est hos terreri adverssis Sive enim terre
do sive comminando sive plectendo semper bene agitur ut vi
ta hominum corrigatur deus enim ex sua infinita bonitate
semper paratus esset magis consolacionibus fovere quam ad

uersitatibus crere Si homines eque dispositi essent ut
sua diuina consolacionem reciperent Que adeo preciosa et
delicata est ita quod nullo modo deceret vel expediret
ut indiferenter omnibus tribueretur nisi solum illis qui
habent purgatum intelectum et bene dispositum affectum
Necesse ergo erat primum mentes carnalium et mundanorum
hominum per timorem purgare ut demum possent ad consolacionem
caritatis venire Nam de timore dei nascitur compunctio
cordis de compunctione cordis procedit contemptus mundi et car
nis de contemptu mundi et sui humilitas procreatur de humili
tate mortificacio voluptatum gignitur de voluptatum
mortificacione expellitur et marcescunt ^vicia^ vniuersa de vi
ciorum expulsione virtutes pululant et fructificant de
virtutum pululacione puritas cordis acquiritur Et per cor
dis puritatem apostolice caritatis perfeccio possidetur. Nunquid
oblitus es quod Sanctus et gloriosus Johannes in simone suo vltimo
sic dicit heu quot in hoc mundo et vita recomendat et
fama quibus vnico peccati consensu dira mors immi
net et ruina Idcirco dum viuitis timeatis fratres quia
inicium sapiencie timor domini Si adam noster genitor
timuisset nunquam de paradiso eiectus fuisset Saluator
quid nos aliud docet nisi timere vigilate inquit
quia nescitis qua hora fur venturus sit Nemo inter
serpentes cum securitate habitat Qui sanctior et sapi
encior est magis timeat Nam qui alcius stat cadens
maiores casus recipit Esca diaboli electi sunt de
malis non curat quia sui sunt Cecidit ille sapiens
Salomon Cecidit et dauid electus secundum cor dei Time
atis fratres iterum rogo vndique timeatis Quia beatus
est vir qui timet dominum perfectus dei timor foras mit
tit vanum timorem Timorem vanum non habet caritas
Caritas et timor dei vnum sunt Considerans hoc propheta
dicebat Confige timore tuo carnes meas Nam in re
gnum celorum malus nullus ingreditur centuplo arcior
est via eius quam creditur quamuis larga sit vereti
mentibus Sanctus quoque Bernardus ait In veritate didici
nichil eque efficax esse ad graciam promerendam retinendam
recuperandam quam si omni tempore coram deo inveniaris
non altum sapere sed timere Cernitur enim a timoratis
contemplatoribus deus iusto sed oculto suo iudicio reprobos
nec diluens mala nec bona acceptans in super et cor
da eorum indurans ne forte doleant et resipiscant et
conuertantur et sanet eos Timendum valde quod in propheta
de huiusmodi legitur vbi loquens ad angelos deus sic
ait Miserebimur impio et ambulantibus atque que
rentibus Non ergo discet facere iusticiam Non inquit Sub
dens quoque causam In terra ait sanctorum iniqua gessit et
non videbit gloriam dei Timeant clerici timeant ma
li religiosi Qui in terris sanctorum quas possident tam
iniqua agunt cum ad superfluitatem et superbiam ac luxu
riam victum pauperum consumere non timent Talibus
ergo videtur in presenti parcere deus ne in eternum par
cat Totus inhorrui si aliquando hec consideraui Nec mi
rum si ego hic titubo folium vtique quod vento rapitur
et stipula sicca vbi et maximus ille contemplator dicit
suos pene effusos gressus et dicebat Zelaui super
iniquos pacem peccatorum videns Quia in labore hominum
non sunt ideo tenuit eos superbia ne humilientur ad
penitenciam sed dapnentur propter superbiam cum dyabolo
Ideo Sapiens ait fili accedens ad seruitutem dei
sta in timore et prepara cor tuum ad temptacionem Quia ti
menti deum bene erit in extremis et in diebus
defunccionis sue benedicetur In tota anima tua time
deum qui potest corpus et animam mittere in gehen
nam Nam qui sine timore est non poterit iustificari

Timor fortissimos facit penitentes ad portandum honera
penitencie Sed et alia causa timoris potest esse Quia
multa videntur hominibus esse bona que deus intelligit
esse mala Quia nescit homo vtrum odio vel amore
dignus sit Unde Ecclesiastes ait Sunt iusti atque sapientes et
opera eorum in manu dei potest enim aliquis in momento
cadere et non adiciet ut resurgat Vbique timendum est
quia de quolibet statu aliquis dapnatur Timendum est
ex omni parte quia homo est sicut castrum ex omni parte
habens portas per quas potest capi Viri enim sancti non
solum timent in malis sed eciam in bonis Unde Gregorius ait piarum
mencium est ibi culpam timere vbi culpa non est Justi
omne quod agunt metuunt dum caute considerant ante quanti
iudicem stabunt Qui licet timore filiale cauet offensam
patris celestis sicut bonus filius eciam si sciret ex illa
offensa nichil sibi mali accidere Nam mercenarius vel ser
uus ita si propter timorem pene id est ne excommunicetur aut va
pulet vel dapnetur deo seruit seruus est Si autem propter
professionem suam quia promisit deo seruire vassallus est
Si vero seruit deo pro hereditate celestis patrie mercenarius
est Si vero solum modo ut dei graciam habeat et eius
iram non senciat filius perfectus est Nemo potest
esse perfectus nisi sciat se non esse perfectum Quicumque
hic viuit quantumcumque iuste viuit ve illi si cum illo in
trauerit deus in iudicium Da operam esse iustus et
quantumcumque feceris confitere esse peccatorem semper tu
in dei misericordia spera non in te Quis non timebit
te o Rex gencium Nam ad districtum examen iudicis
nec iusticia iusti secura erit Quando omne tempus
ad penitenciam concessum diligenter a nobis requiretur
qualiter sit expensum et sicut capillus non perit de
capite ita nec momentum peribit de tempore Ideo dominus
electis suis in hac vita tribulaciones persecuciones et
dapna ingerit Et quosdam molestia corporis infirmita
tibus aut eciam plagis ut timeat castigare consueuit
Sic se plagis castigatum beatus Jeronimus asserit in epistola
ad Eustochium virginem dicens Referam tibi mee infeli
citatis miraculum Cum ante annos plurimos domo pa
rentibus sorore cognatis et eorum hiis dificilius est
consuetudine laucioris tibi propter celorum regna me
priuassem et Jerosolimam militaturus deo pergerem
Bibliotecam quam michi Rome confeceram carere non
poteram Itaque miser ego lecturus tulium ieiunabam
Et post noctium crebras vigilias et lacrimas quas
michi preteritorum peccatorum recordacio in ducebat
platonem sumebam in manibus Si quando prophetam lege
re cepissem sermo horrebat incultus Et quia lumine ce
cis oculis non videbam non oculorum putabam culpam
sed solis Et dum me sic antiquus serpens illuderet In
media xl^a medullis infusa febris corpus inuasit
et sic infelicia membra depasta est ut ossibus
vix hererem Interim parabantur exequie et vitalis
anime calor in solo tantum pectore palpitabat Cum
subito raptus ad tribunal iudicis pertrahor vbi tan
tum luminis erat ex circumstancium fulgore ut proiectus
in terram sursum aspicere non audebam Interrogatus de
condicione christianum me esse respondi Et ille qui presi
debat mentiris ait Ciceronianus es non christianus
vbi enim thesaurus tuus ibi et cor tuum Illico obmu
tui et inter verbera Nam cedi me iusserat clamare † quibus
cepi Miserere mei deus miserere mei Tandem
ad presidentis genua prouoluti qui astabant preca
bantur ut veniam tribueret adolescencie et errori
locum penitencie daret Ego vero iurare cepi et nomen
eius obtestans dicere domine si vnquam habuero codi
ces seculares aut legero te negaui Juhet sacra

A menti verba dimissus revertor asperis et inratibus
cuctis oculos aperio plenos lacrimis Et scapulas livien
tes habui plagas quas sensi ut etiam incredulis fide fa
cerem ex dolore Et tanto dehinc studio divinos libros
legi quanto seculares libros non legeram prius.
H Eremita Scribit apostolus in epistola Quod quidam
edificat super fundamentum fidei aurum argentum et
lapides preciosos Alii vero super edificant fenum stipulam
et ligna Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit Ipse
enim salvus fiet sic quasi per ignem Ergo estimo quod hoc apostolus
dicit de igne purgatorii per quem fideles purgantur ut sal
ventur Tamen vellem scire ubi est purgatorium Et qui
sunt illi qui purgantur et qualiter possunt adiuvari.
A Angelus. Purgatorium est in superiori parte inferni
et ibi purgantur illi qui non habent iusticiam con
summatam hoc est qui decedunt cum veniali peccato
Licet tamen aliquem aliquando ex dispensacione divina in ve
niatur purgari in hoc mundo vel alibi ad correctionem
vivorum Nam purgatorii pena est maxima omnium penarum
temporalium que sunt in hoc mundo Non quod minima que est in
purgatorio sit maior maxima que est in mundo Sed quia ma
xima que est ibi est maior maxima que est hic In hac tamen
pena anime sunt certe de salute sua Quarum certitudo ma
ior est illa quam habet aliquis in hac vita Nam certitu
do in hac vita est cum expectacione et timore quia qui
libet vivens potest peccare et ob hoc timet Illa vero
licet est cum expectacione tamen est sine timore quia
illi in purgatorio nunquam possunt peccare Et tamen qui
dam citius quidam vero tardius liberantur secundum multitu
dinem aut pauciatem suffragiorum vel secundum magnam et
parvam contricionem Quia possent in vita tantam habere
contricionem quod liberi ab omni pena purgatorii ad vitam
transsiret eternam eciam si satisfactionem minime conplevi
ssent Quia contricio est maxima peccatis satisfactio
Nunquid oblitus es Quod sanctus et gloriosus Iheronimus dicit. Aput
deum non tam valet mensura temporis quam doloris Nec
abstinencia tantum ciborum quam mortificatio viciorum
utilius ergo est in hac vita purgari per contricionem quam
reservare future purgacioni unde beatus Augustinus in sermone
de igne purgatorii ait. Quia in punitum non debet
esse peccatum punniatur ante ne tu puniaris pro illo pec
catum tuum iudice te habeat non patronum Nam qui
sua peccata hic punire noluit sed in aliud seculum pe
nam distulit talis purgabitur igne purgatorii
Qui ignis et si non sit eternus miro tamen modo est gravis
et superat omnem penam quam unquam aliquis homo
passus est aut posset pati in hac vita Nam triplici de
causa anime paciuntur penas purgatorii primo propter
fenum stipulam et ligna id est propter venialia peccata
que secum detulerunt que in vita sua habuerunt
ex quadam consuetudine aut infirmitate. Secundo
propter defectum satisfactionis ut illi qui hic iniunctam
penitenciam non conpleverunt in purgatorio satisfa
cient nisi adiuvetur suffragiis aliorum Tercio propter
ignoranciam sacerdotum Sacerdotes enim qui non possunt
videre quanta sit in corde peccatoris contricio Neque possunt
scire quantum velit deus punire pro unoquoque peccato ideo
nesciunt iniungere condignam penitenciam sed sepe iniungunt
multo minorem et talis defectus oportet supleri
in purgatorio. Sunt autem tria genera suffragiorum
que maxime prosunt animabus in purgatorio constitutis.
Primum est oracio et ieiunium bonorum hominum unde Apostolus ait
Quid faciunt qui babtisantur pro mortuis si mortui
non resurgunt Babtisari enim pro mortuis est opera
meritoria facere sicut orare aut ieiunare que mor
tuos habent purgare atque mundare. Secundo prodest
eis helemosina unde dominus ait date helemosinam et
omnia munda sunt vobis Est enim helemosina celestis aqua per
quam ignis purgatorii extinguitur Sicut in ecclesiaste scri
bitur Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina exstin
guit peccata Tercio prodest eis altaris sacrificium unde Bernardus
ait Semel Christus oblatus est in semet ipso et cotidie pro pec
catis nostris offertur in sacrificio Ideo sacramentum ante sump
cionem in tres partes dividitur quarum una
significatur partibus que in purgatorio cruciantur Insignium
huius pene purgatorii data fuit trium opcio david Regi
ut eligeret quod vellet Aut trium dierum pestem Aut trium
mensium inimicorum persecucionem Aut septem annorum caristiam
seu famem. Per pestem trium dierum intelligitur pena peni
tencium que tripliciter affligit per contricionem confessionem et satis
factionem Per trium mensium persecucionem intelligitur pena pur
gatorii Quia ibi anime puniuntur propter tria scilicet lignum fenum et
stipulam que secum detulerunt id est propter venialia peccata
que commiserunt in cogitacione locucione et opere. Per
famem septem annorum intelligitur pena infernalis quia
ibi est fames et universalis defectus omnium bonorum. Su
fragia ergo bonorum hominum iuvant penitentes ad satis
factionem Iuvant in purgatorio existentes ad pene libe
racionem et mitigacionem dapnatos autem iuvare non
possunt quia in inferno nulla est redempcio Verumtamen
Greci et alii heretici negant esse purgatorium dicentes Quod anime
non debent pati quicquam sine corpore quia non peccaverunt sine
corpore Et hec heresis incepit statim post obitum beati Iheroni
mi Sanctus Cirillus scribit tale miraculum dicens post obi
tum beati Iheronimi Quedam heresis inter Grecos surrexit
que usque ad latinos pervenit dicebant enim illi heretici nullum
fore locum purgatorii. Qua propter ego convocatis fidelibus
indixi eis ieiunia et oraciones Quarum res sequenti nocte glo
riosus Iheronimus apparuit eusebio suo discipulo ei quod di
xit Nuncia hec Cirillo cunctisque fratribus ut die crasti
na iuxta presepe domini ubi meum quiescit corpus omnes que
niant catholici et heretici Et tu trium hominum qui hac
nocte mortui sunt corpora illuc facies deportare -
super quos saccum quo utebar pones statim quod resuscita
ti hanc heresim confutabunt Sicque factum est mane omni
bus illuc congregatis tam catholicis quam hereticis
predictorum trium virorum mortuorum cadavera fecit de
portare fiebat interea ab hereticis derisio estima
tibus quod maius dei foret exinanita Tunc Eusebius
flexis genibus saccum gloriosi Iheronimi super illa cada
vera posuit Qui mox cunctis videntibus resurge
ntes ceperunt penas purgatorii et inferni quas
viderant omnibus publice intimare et enarrare.
H Eremita. Sanctus matheus in euangelio scri
bit Quod in die iudicii exibunt angeli et se
parabunt malos de medio iustorum et mittent
eos in caminum ignis. Ego estimo quod ille caminus
ignis est infernus in quem mittentur omnes mali
post diem iudicii cum corpore et anima. Tamen vellem
scire ubi est infernus Et qui sunt illi qui vadunt in infernum
A Angelus. Sub terra est infernus in quo est
ignis materialis Qui cruciabit animas et
corpora dapnatorum hominum ac eciam demones
Qui ignis nutrimento lignorum non indiget Quem
omnipotentis dei iusticia futurorum presciia ab ipsa
mundi origine de nichillo creavit Qui ignis non
est talis qualis est iste in propria materia ut lucem
habeat Nec talis qualis est in extranea materia
terrena vel aerea sicut est carbo et flamma cum
talis luceat et tenebras expellat Sed est per
mixtus sicut est ignis sulphureus et fumosus.

cum magis luceat in cendere quam lucere Et si quid modicum lucis
habebit ad horrorem et mestitiam dapnatorum faciet non ad
consolacionem In hoc igne ardebunt perpetue pagani et in
fideles mali xpiani et pravores Sed dissimode quidam
plus quidam vero minus et tamen in vno et eodem igne
sicut sub vno sole vnus plus estuat quam alius sic in
vno igne in finali mali xpiani plus ardebunt quam pa
gani Nunquid oblitus es ex sanctus et gloriosus Jeronimus
scribit super Ezechielem dicens Cum dubium quoniam inter
tres peccatores vnum ipsos Gentilem hereticum et catholi
cum multo maioribus penis dignus sit qui maioris est
dignitatis heu quot hodie sacro sunt renati babtis
mate et xpiano funguntur nomine quibus foret melius
non fuisse Quia pena paganorum infinito minor est quam
malorum xpianorum et utinam non foret talium maior
pars Nauis vndique sana vnico submergitur foramine
et xpianus si vno peccato mortali fuerit reus et in
penitens in profundum inferni descendit Vnde sanctus Gregorius
ait Vnus gehenne ignis credendus est sed non vno
modo cruciat peccatores vnius cuius quia cum quantum exi
git culpa tanta illic senciet penam Et licet in illo
igne vnus sit modus incendii tamen diuersitas pec
catorum hoc facit ut ignem non dissimilem habeant et
tamen eosdem singulos dissimiliter exurat Vnde propheta
ait Quis poterit habitare ex vobis cum igne devoran
te aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempi
ternis Ideo beatus Augustinus dicit Quis putas tunc erit me
ror que tristicia quis luctus quando separabuntur iniqui
a consorcio iustorum et tradentur potestati demonum
et ibunt cum eis in supplicium eternum ibi quia semper erunt
sine fine in luctu et gemitu et procul a gaudiis paradi
si nunquam refrigerium accepturi sed semper luendi nunquam
tamen miseri liberandi Ibi torquens et puniens non
fatigabitur ibi quia qui torquetur non morietur Sic
ignis ille consumet ut vitam semper seruet sic veterna
tormenta patientur ut semper innouentur sic sine spe
venie semper viuent in igne ut nunquam moriantur
sic moriuntur ut tamen nunquam consumantur Nam secundum
beatum Gregorium prius benedicti vocabuntur in regnum celorum
et postea maledicti deicientur in caminum ignis
eterni Quo magis doleant videntes quod amiserunt
et iusti magis gaudeant videntes penas quas euaserunt
Nam anime beatorum vident in deo sicut in speculo
eterno penas dapnatorum et omnes dapnatos et semper
videbunt ut ex hoc magis gaudeant Sed anime dapnato
rum vident gloriam iustorum et omnes iustos et sanctos
solum usque ad diem iudicii Sicut diues epulo videt La
zarum pauperem Post iudicium vero cum eorum pena du
plicabitur per assumpcionem corporum tunc claudentur in
inferno in illo camino ignis Et tunc absorbebuntur suppli
ciorum acerbitate quod non poterunt amplius beatorum
gloriam videre nec vnquam de igne exire Et ob hoc
plurimi qui erant mortui in peccato mortali precibus
alicuius sancti sepe ad corpora fuerunt reuocati ut pos
sent facere penitenciam et saluari Vnde beatus Cyrillus
in libro miraculorum Sancti Jeronimi scribit tale mi
raculum dicens presbiter quidam cardinalis Andre
as nomine Glorioso Jeronimo deuotus fuit Qui pridie
in Romana vrbe multis circumstantibus exspirauit
Cumque sequenti die in ecclesia factis exequiis funeri
eius astante summo pontifice cum clero et populo Ro
mano cunctis stupentibus mox reuixit et surrexit
Cumque a summo pontifice interrogaretur hec verba intulit

dicens Dum mortuus fuissem et diuino examini astare
iudicandus et iam propter vestimentorum et ciborum superflu
itatem tartareis cruciatibus condempnarer Subito adve
niens gloriosus Jeronimus sole splendidior presidenti iu
dici flexis genibus animam meam iterum corpori reddi impe
trauit Sicque anima mea corpori sicut cernitis est coniuncta
Admiratur summus pontifex et vniuersi deum et gloriosum
Jeronimum laudant Cardinalis vero idem mutata
vita et relicta seculi pompa de in tempus in paupertate deo finiuit

Heremita. Legi de quodam in euangelio ex non ha
buit vestem nupcialem Cui dictum est ligatis
manibus eius et pedibus proicite eum in tenebras
exteriores ibi erit fletus et stridor dencium. Ego esti
mo quod tenebre exteriores sunt pene infernales Et ex
hoc intelligo quod non solum vna pena ignis est in inferno
sed eciam sunt alie plures pene ac diuerse Ideo vellem
scire que et quante sunt pene in inferno Et que sunt illa
vincula cum quibus dapnati ligantur in manibus et pe
dibus ut se non possint in penis et tormentis adiuuare.

Angelus Oculus non vidit nec auris audiuit
nec in cor hominis ascendit Que et quante
sunt pene et tormenta in inferno Quibus dap
nati cruciantur sine fine Nam infernus est sine me
sura latus et sine fundo profundus plenus ardore in
comparabili plenus fetore intollerabili plenus dolore
innumerabili Ibi miseria ibi tenebre Ibi nullus
ordo sed sempiternus horror inhabitat Nam vincula
quibus ligantur dapnati sunt peccata de quibus dicitur
in euangelio colligite zyzaniam et ligate fasciculos
ad comburendum Ita peccatum auaricie ligabit omnes
auaros luxuria ligabit immundos Ira iracundos et
quanto quis plura habuit peccata tanto grauius
ligabitur et tanto plura sustinebit tormenta. Nunquid
oblitus es quod sanctus et gloriosus Jeronimus in ultimo ser
mone dicit. Ve miseris qui in isto tam breui tempore
vilissimis bonis temporalibus ebrii tantis penis et
tormentis non terrentur Quid tunc dicent infelices
homines quando data sentencia ibunt ad perpetua torme
nta Quibus corpus et anima simul cruciabitur cum dia
bolo sine fine Nullum deinceps in perpetuum refrigerium
expectantes misericordie Sed post gaudia huius mun
di et post honores proicientur in tenebras exteriores
Ibi clamabit pylosus ad pylosum vnus ad alium
demon ad demonem percute dilacera et interfice
velociter spolia detrahe cito prodare inffer pru
nas et malleos et bulientibus impone lebeti
bus. Sanctus quoque Augustinus in sermone sic ait Ve
illis quibus preparabitur dolor vermium ardor flam
marum Sitis sine potu fletus et stridor dencium
et lacrime oculorum vbi mors optatur et non datur
Quantus putas tunc dolor erit priuari a beatissima
omnium sanctorum societate mori vite et ne viuere mor
ti sempiterne profundo fluctuantis gehenne immergi
edacissimis dentibus in eternum laniari Nec finiri tri
bulaciones incendii strepitus demonum pati Baratri
fumantis amara caligine oculos excecari nec sentire
quod illuminat et sentire quod cruciat Ideo beatus Bernardus
ad Eugenium papam ait Ego abhorreo vermem morda
cem et mortem viuacem O gehenalis regio quam
fugienda es vbi est ignis ardens frigus vrgens
vermis immortalis fetor intollerabilis mallei percu
cientes vmbre palpabiles confusio peccatorum
nodacio vinculorum et horribiles facies demonum.
Vnde Sanctus Sebastianus martir in sermone ad Marcel
lianum et Marcum sic ait Nolite o parentes carissimi

filios vestros quos diligitis revocare a vita eterna Et
ad perpetua tormenta destinare Ubi edax flamma precor-
des devorat / ubi dracones miserorum labia comedunt
ubi serpentes morsibus suis dampnatorum pectora depas-
cuntur. Illuc ululatus et gemitus et mugitus sonat
et clamor confusus quem tormentorum inmanitas et ar-
dor incendii extorquet Quia illa tribulacio nullo
termino finitur sed flammarum atrocium adustione consu-
mitur et ad rediviva incendia iterum qui adustus
fuerat revocatur Illuc atroces demones commorantur
Quorum brachia sunt quasi capita draconum quorum oculi
ex se igneas sagittas iaculantur / quorum dentes sicut
elefantis prominent et stimulant ad tormentum velud
caude scorpionum Quorum voces veluti leonum fremitus
sonant quorum aspectus tremorem inducit pariter
et dolorem ac mortem Atque utinam mors possit illis
subvenire Sed ad hoc miseri vivunt ut cruciatibus
gubernentur Ad hoc renovantur exesa serpentium
morsibus membra ut iterum repetitis morsibus attrac-
tentur sine fine Nam hoc est quod eciam Beatus Gregorius ait
Quibus in hoc seculo vita offertur et nolunt accipere
in inferno querent mortem et invenire non poterunt
Quia ad districti iudicis iusticiam pertinet ut numquam
careat supplicio quorum mens numquam in hac vita ca-
rere voluit peccato Nam tanta est in inferno tor-
mentorum acerbitas ut si quis ea semel videret
aut gustaret numquam in hac vita rideret sed conti-
nue fleret / unde Beatus Cirillus in libro miraculorum
sancti Ieronimi sic ait Silencio preterendum non puto quod
illi tres viri qui sancto glorioso Ieronimi fuerunt re-
suscitati continue flebant / nec meis verbis aliqua-
lem consolacionem admittere volebant / Cumque eos plu-
ries interrogarem Cur sic amare et continue flerent /
unus eorum respondit Si que nos pridie sumus experti
ti non ignorares tibi semper esset causa fletus Nam
quales credis penas et tormenta dampnatis esse pa-
rata Ad que ego puto quod maiora sunt quam in hoc
mundo Ad hec ille Si omnes pene et tormenta que sunt
in hoc mundo minori que est in inferno compararentur
omnes pene que hic sunt essent solacia Nam magis
vellet qui expertus est usque ad finem mundi omnibus
hic simul penis cruciari quam uno die in inferno mi-
nori que illic pena est torqueri Et ideo si causam
nostri fletus interrogas Timor penarum est que pec-
catoribus iuste dantur Qua de re non mireris
si plangimus Sed pocius admirare quare homines
qui se mori non dubitant / mala hic securitate vi-
vunt / Nec cogitant qualiter tantas et tam graves
ac sine fine perpetuas possent evadere penas. –

De Gloria Regni dei Capitollum vicesimum

Videns Ihesus turbas ascendit in montem
Et aperiens os suum docebat discipulos
suos dicens Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum Atque in fine illius
sermonis ait Nolite soliciti esse dicentes
Quid manducabimus aut quid bibemus Querite ergo
primum regnum dei. Ego estimo quod regnum dei dicitur
proprie esse in celo ubi deus regnat et videtur in ma-
iestate sua ab angelis Et videbitur ab omnibus elec-
tis oculo ad oculum sicuti est Sed quia plures di-
cuntur esse celi Ideo vellem scire quot sunt celi.
Et in quo celo dicitur esse regnum dei Et qualiter de-
bemus primum querere regnum dei et iusticiam eius.
Angelus Tota corporalis machina mundi Consistit
in natura elementari et in natura celesti Na-
tura elementalis distinguitur in quatuor

species quatuor elementorum videlicet Ignis Aeris Aque
et Terre. Natura vero celestis que est ab orbe lune in-
clusive supra distinguitur in decem celos sive in tres
celos et septem orbes planetarum Qui sunt Saturnus Iupi-
ter Mars Sol Venus Mercurius et Luna Et secundum
hos septem planetas sunt septem orbes sive septem
celi Octavum celum est firmamentum sive celum sydereum
Et est multiforme et mobile Et secundum quod firmamentum
dicitur esse unum de celis comprehendit totum quod est a celo cristal-
lino exclusive usque ad globum lunare inclusive. Nonum
Celum est Cristallinum Et est super firmamentum quod ex aquis
congelatis et lucidissimis ad modum cristalli consistit /
Quod licet sit uniforme tamen eciam est mobile propter
inferiorum operacionem et utilitatem in que habet influere
Decimum celum est Empireum et dicitur a pyr quod est ignis non
propter calorem sed propter splendorem Quia est valde lucidum
et non indiget sole quia divinitas illuminat illud Et
est uniforme et inmobile quia non movetur sicut alii
celi Istud celum statim ut factum est Sanctis angelis re-
pletum est In quo nunc / Christus regnat et habitat Et
gloriosa mater eius et sanctorum acies cum ipso Et ad hoc
celum Omnes sancti cum glorificatis corporibus post diem
iudicii assumentur regnaturi sine fine Et ideo dicitur proprie
regnum dei Illud tu debes primum querere puro affectu
ac toto desiderio Numquid oblitus es Quod sanctus et glo-
riosus Ieronimus in Epistola ad Eustochium virginem scribit
dicens Quociens huius seculi vana te ambicio delec-
tat Quociens vides in hoc mundo aliquid gloriosum stati
ad celum mente transgredere et incipe esse quod futura
es Revera estimo si hec iugiter celestia gaudia in
mente teneres de hoc seculo quoddam suburbium celes-
ti regi construeres in quo eternam illam dulcedinem
cotidie spiritualiter prelibando degustares Quia cum
aliquid eternum mente capimus iam non in hoc seculo
sed in celo habitamus Curre igitur o homo non passibus
corporis sed affectibus et desideriis Quem non solum Beati
sed eciam angelorum et beatorum dominus expectat Expectat te
deus pater tamquam filium adoptivum Expectat te dei filius
tamquam fratrem carissimum Expectat te deus spiritus sanctus
tamquam amicum gratissimum / Expectat te pater ut heredem unum
sorum te constituat. Filius ut te fructum sue passionis et
precium sui dulcissimi sanguinis deo patri offerat Spiritus sanctus
ut sue eterne bonitatis et dulcedinis participem te ef-
ficiat Expectat te illa beatissima omnium celestium spirituum
societas ut in suum collegium te suscipiat / Tu igitur ipsorum
societatem super omnia desidera Quia cum magna verecun-
dia illuc non venires si eam in hac valle lacrimarum
non desiderares et non quereres Unde sanctus Augustinus in libro
de Civitate dei sic ait Quod difficilius conquiritur solet dul-
cius inveniri Cumque in hoc seculo variis temptacionibus
infestaris tunc mente in celum vola et cogita quod hec
nichil aliud sunt / nisi eterni regni materia Quia
consideracio premii minuit vim flagelli Nam si considerav/eris
que et quanta sunt que nobis promittuntur in celis viles-
cunt omnia que habentur in terris non solum delectabilia
sed eciam lamentabilia pro nichillo reputantur Quia non
sunt condigne passiones huius temporis ad preteritam
culpam que dimittitur Ad presentem graciam que immittitur
et ad futuram gloriam que promittitur Quam tu tunc cum
gaudio possidebis si hic in desiderio eius et bonis actibus
perseverabis Ideo beatus Bernardus super cantica ait Ex-
ardesce homo desiderio superne vite ubi est accio non
operosa Requies non desidiosa Laus divina sine cessa-
cione Merces tam magna quod non potest investigari
tam multa quod non potest numerari tam preciosa quod non potest

estimari tam copiosa q nō potest terminari Atende 2 gsi
dera locū speciosū que tibi diuina sapiencia edificauit
thesaurū p̄ciosū que tibi eterna potencia ggregauit
Atende qua gloiosa est ciuitas celestis massio secura
p̄ria gtinens oia et totū q delectat Atende qua lumio
sa qua splendida est massio illa celestis que nō indi
get sole neqȝ luna ut luceat sȝ ipe dn̄s est sol iusti
tie candor lucis et'ne lux eius 2 lucerna O qua gloio
sa dicta sut de te ciuitas dei Et ideo licet sis hic cor
pore esto mete ibi vbi est requies sine labore vita
sine morte iuuētus sine senectute lux sine teneb's
pax immutabilis vij p̄sper de vita gteplatiua dt fu
ture patria desiderare debem9 que est Btē sempit'
na et sempit'ne beata vbi est certa securitas 2 secu
ra tranquilitas et tranquilla iocunditas felix et'nitas
et eterna felicitas vbi est amor p̄fectus timor nul
lus dies et'nus alacer motus 2 vnus om̄ spūs Ab hac
patria mali angeli expulsi nobis inuident et quātū
valēt īpediunt ne illuc p̄uenire possim9 Sic impe
ditus fuit Eusebius Bti Jeronimi discipulus de quo Btūs
Cyrillus tale scribit miraculū Ad veniēte in quit
die migracionis venerabilis Eusebij febre correptus
sup nuda t'ram se nudū poni iussit nō ī meor ingir
sui Et singulos fr̄es deosculās fecit supra se poni
sacciū gloiosi Jeronimi post hec sacratissimi corporis
xpi gmuione se muniens p̄ triduū locucione corp̄ali
et visione p̄uatus circūstātib9 frat'bus sic iacuit
die aute qua moritur9 erat tam t'ribiles actus cep̄t
p̄agere O circūstantes monachi timore p̄triti in t'ra
cadebant Na q̄ȝ transuersis oculis manib9 simul
iunctis facie t'ribili voce qȝ dira quasi sedens cla
bat Nō faciā nō faciā mentiris mentiris post hec
ad t'ram vertens faciē firmabat in t'ra quātum
poterat clamās Adiuuate me fr̄es ne peream O
monachi videntes lacimātes dicebant Quid habes p̄r
Ad quos ille nō videtis demonū agmina qui me de
bellare cupiūt At illi quid te facere volebant qn
clamabas nō faciā Et ille voluit ut deū blasfe
mare et ideo me nō facē clamabā Tūc illi et qua
re faciem abscondebas in t'ra Et ille ne aspectu
ipo2 viderem qui tā t'ribilis est q superat omēs
penas hui9 mundi Inter hec verba actus p̄ores rei
terās ad extremā hora p̄uenit Tūc sibi Gloios9
Jeronim9 visibiliter apparuit que videntes demones
omēs fugierūt Eusebius aute videns gloiosū Jeronim
nimio splendore fulgente p̄ gaudio cepit clama
re cū lacrimis dicens pater meus Jeronim9 es
Et hec verba reiterās Cur me inquit p̄r deseris
quare meā societate spernis Certe tenebo te nec
dimittā Ad hec Gloiosus Jeronim9 cunctis audienti
bus respondit Nō te fili desero quē diligo Jam
veni ut sis mecū in gaudio sine fine Sic qȝ aīa
eius corpore exuta cū sc̄o Jeronimo migrauit ad celū

Heremita legimus O dixit ih̄us discipulis
suis Vos estis qui p̄mansistis mecū in tempta
cionibus meis Et ego dispono vobis sicut dis
posuit michi pater meus regnū ut edatis 2 biba
tis sup menssam meā in regno meo · Ego estimo
O corpora gloificata nō indiget cibo neqȝ po
tu Et ideo vellē scire quis est ille cibus et potus
que sancti edent 2 bibent sr̄ mesā xpi ī regno celo2

Angelus Cibus et potus Sancto2 erit nobi
lissima et candidissima humanitas xpi glori
ficata cū excelentissima diuinitate hunc cibū et potū tu debes
cotidie desiderare 2 petere ac dicere Saciabor cū appa
ruerit gloria tua Et inebriabor ab vbertate domus
tue et torrente voluptatis tue potabis me Nūquid
oblitus es O sancti 2 gloiosus Jeronim9 in simone ultio
dt O iesu panis vite sine quo nullus potest viuere
admonicitū Tu panis es angelo2 tua visione āgelos
reficis et gloificas Tu esca es aīe nō corporis ī ping
uas mentem nō ventrē O esca mirabilis ac stupēda
delectabilis ac iocūda tutissima sacratissima ac sup
oia p̄optanda et desiderāda Qua ve comedentes dij
eficiunt Juxta illud ego dixi dij estis et filij excelsi os
O vere soli illi Beati qui ad Cena agni nupciā sūt vo
cati Ibi dulcis ih̄us dei patris et marie v'ginis filius
p̄cinget se et faciet illos discūbere et trāsiēs ministra
bit eis O quātū tūc omib9 electis in erit gaudiū
Quādo ille sup̄mi regis filius splendor gloie et cādor
lucis eterne figura diuine substācie Speculū sume
claritatis deifice In que desiderāt angeli p̄spicē fa
ciet illos discubere et ministrabit eis In illo cōuiuio
gaudebūt omēs Sancti inefabili gaudio extam stupē
da dignitate ministrātis extā mirāda caritate cuius
libet sodalis cōuiuātis ex f'culo2 delicata opulēcia
ex instrumēto2 2 psalenciū dulcissima resonācia
Nā in illo cōuiuio sonabūt dulciter angeli iubilātes
Apostoli psallentes Martires triumphantes Confes
sores et virgines laudātes p̄triarche et p̄phete iocū
dantes Et omēs sc̄i et electi dei vnanimiter patrē
et filiū 2 spm̄ sanctū colaudātes O quā gloiosū est
regnū in quo cū xp̄o regnāt omēs sc̄i amicti sto
lis albis secuntur agnū quocumqȝ ierit · Sanct9 quoqȝ
Aug9 in lib° de morib9 ecclē sic ait Tanta est pulc'tudo
et iocunditas lucis et'ne vt etiā si nō liceret in ea
amplius manere quā vni9 diei mora p̄pt' hoc solū
īnumerabiles āni hui9 vite plem delicijs et afflu
encia bono2 temp̄aliū recte merito qȝ gtemnerent'
Ideo Btūs Gg̃ ait Que lingua dicere aut quis inte
lectus capere sufficit q̄lla sup̄ne ciuitatis quāta
sint gaudia Angelo2 choris int'esse Cū Beatissimis
spiritib9 gloie gditoris asistere p̄sente dei vultum
cernere incircūscriptū lumen videre Nullo metu mor
tis affici A sancto2 societate nunquā discedē Sȝ gtine
de ipis et de ipo2 gaudio p̄petue exultare Ibi eni
a singulis omēs et ab omib9 singuli cognoscunt' Nec
que quā latebit de qua patria qua gente qua stirpe
quis gditus sit Nā ibi tam p̄fecta erit caritas iusto2
O vn9 quisqȝ tantū gaudebit de alterius gaudio
sicut de p̄p̄o merito Ibi virgo de sc̄e viduitatis gau
debit p̄mio Ibi vidua exultabit de v'ginitatis p̄ri
uilegio Ibi gfessor de martiris iocūdabit' triū
pho Ibi martir tripudiabit de gfessoris brauio
Ibi angeli et apl'i gaudebūt de merito om̄ inferio2
Ibi omēs inferiores letabūt' de gloia 2 corona sup
no2 Ex illius eni sancte et p̄fecte caritatis merito
fiet vt vnusquisqȝ habeat in alijs q in p̄p̄o merito
nō habet · Tūc septē filij illius magni Job Qui est
magn9 inter omēs qui habitāt in illa Beata oriē
taliū regione Illius filij faciēt gviuiū vnusq̄sqȝ
in die suo Et vn9 quisqȝ in suo gviuio tot p̄parabit
fercula quot habuit in vita virtutū opera Et qs
enarrare p̄t quātū gaudiū quelibet aīa suscipiet
de sancto2 angelo2 felicitate de p̄triarcha2 humilit̃e
de p̄pha2 simplicitate et fidelitate de aplo2 dilec
cione et caritate de martiriū paciētia 2 stabilitate
de Confesso2 gtinētia et pietate Certe vox 2 lingua
deficit quia quāta sint electo2 gaudia intellectus
cape nō sufficit · Ideo Btūs Augusti9 in ep̄la ad Cirillū

scribit de sancto Jeronimo tale miraculum. Eodem inquit
die quo Sanctissimus Jeronimus in Betlee iude ex hoc se
culo migravit dum ypone in cella mea cogitare quan
ta in esset animabus beatis in celo leticia Carta et calamo
in manibus susceptis vellem scribere epistolam Sanctissimo
Jeronimo destinandam Ut quid quod de hoc sentiret respon
deret Sciebam enim in tam dificili questione a nullo vi
uencium me posse melius edoceri Cumque iam scribens salu
tacionem incepissem Subito ineffabile lumen cum inau
dita odorum flagrancia cellam in qua eram intravit Quo
ame viso pre nimio stupore animi et membrorum vires
amisi Inter hec vox de luce emicuit dicens Augustine
Quid queris putas ne in brevi vasculo mittere ma
re aut in brevi pugillo totum includere terrarum orbem
aut celum firmare ne usitatos faciat motus Que
cor humanum nullatenus intellexit estimas te posse inte
ligere. Pocius totum mare in artissimo clauderetur vas
culo Et totum orbem parvulus teneret pugillus.
Et pocius a motu continuo celum cessaret Quam gaudi
orum et glorie quibus beatorum anime sine fine potiun
tur minorem intelligeres particulam nisi uti ego
experiencia doceveris Ad hec ego tremebunda voce
respondi fas utinam michi foret scire Quis tam felix
es tam gloriosus qui tam honorifice ad illa properas
gaudia Ad hec ille nomen inquit meum queris Jero
nimi illius sum anima cui scribens epistolam incepisti
Que hac hora in Betlee carnis honere deposito xpo
et omni celesti curia comitata terenorum omnium triu
phatrix omni diademate coronata tam gloriose
pergo ad regna celorum sine fine mansura Et nullum
expecto glorie defectum sed augmentum quando iterum iungar
corpori glorificato. pluribus itaque horis gloriosis
sima illa anima ibidem mecum manens trinitatis scissi
vnitate angelicas yerarchias et animarum beatarum fe
licia gaudia ita evidenter michi patefecit quod nulla
lingua posset enarrare deinde lux illa disparuit
Sed multis post diebus ineffabilis odor remansit

Heremita accesserunt ad ihesum saducei nega
ntes resurreccionem futuram. At ihesus dixit eis
Erratis nescientes scripturas neque virtutem
dei In resurreccione enim neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli dei in celo. Ego estimo quod alia
est natura hominum et alia angelorum Ideo vellem sci
re Quomodo in resurreccione electi erunt sicut angeli in celo

Angelus Quamvis pro diversitate meritorum quedam
erunt data aliquibus in celo excellenter tamen
ex inestimabilis divine pietatis immensitate
Nichil ibi possidebitur singulariter Nam omnia erunt
omnibus communia propter illum qui in omnibus est omnia Et ideo
electi post universalem resurreccionem Erunt sicut
angeli dei in celo Non natura neque etate sed simi
litudine et fellicitate Nam sicut angeli sunt na
tura mutabiles conditi sed contemplacione divina facti sunt
inmutabiles et animo inpassibiles mente racionales sem
per eterni et beatitudine perpetui Sic erunt homines elec
ti Quia electi sunt natura mutabiles creati sed
erunt in celo divina contemplacione inmutabiles animo in
passibiles mente racionales vita eterni beatitu
dine perpetui et ideo erunt sicut angeli dei Nunquid ob
litus es quod sanctus et gloriosus Jeronimus in sermone de beata
virgine dicit In carne preter carnem vivere non est terrena
vita sed angelica vivens in carne gloriam angelicam acqui
rere maioris meriti est quam habere Electi namque
post resurreccionem in carne erunt in celo sed preter
carnem vivent quia sicut angeli ita continuo deum lauda
bunt Stabunt enim duo chori electorum id est innocentes

et penitentes sicut duo seraphyn clamantes alter ad alterum
Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth Sanctus deus pater qui nos
a mundo carne et diabolo tam potenter liberavit Sanctus
deus filius qui nos a pena et a culpa tam sapienter iustificavit
Sanctus deus spiritus qui nos tam clementer ab eternis tor
mentis preservavit plena est terra gloria eius qui nos
de mundi miseria ad celestis regni gaudia evocavit Unde
Sanctus Augustinus in libro de utilitate agende penitencie sic ait
Illic festinate ubi semper vivatis si enim amatis sic istam
miseram fluidam que vitam ubi cum tanto labore vivitis
ubi vix currendo satagendo sudando suspirando necessariis
corporis satisfacitis Quanto magis amare debetis vi
tam eternam ubi nullum laborem sustinebitis ubi summa
securitas summa felicitas felix libertas felix beatitudo
ubi implebitur illud quod dominus dixit Erunt homines similes
angelis dei Nam electi qui presentis vite pericula evase
runt quamvis a divino splendore se nunquam possunt aver
tere tamen radium sue contemplacionis sepe ad inferiora
convertunt Et gaudent ex triplici causa Primo quod tam ter
ribiles et horribiles ac impios et crudeles hostes per divinam
clemenciam superaverunt Secundo quod omnes defectus seu peccata
per divinam bonitatem vitaverunt et iam dudum commissa cor
rexerunt Tercio quod tam horrendum chaos et tam lame
tabiles et eternos cruciatus per divinam clemenciam evaserunt
O quantum tunc erit gaudium de triumpho Cum post istum
mundum submerso pharaone cum exercitu suo omnes electi
tenentes tympanum et chorum cum maria una voce psallen
tes et cantantes laudantes et benedicentes dominum dicent
Cantemus domino gloriose enim magnificatus est Nos de potes
tate diaboli et penis inferni liberando et cum angelis
in celo collocando Unde Beatus Gregorius in omelia dicit Angelus
est nomen officii non nature Ergo dum unusquisque electus
quantum sufficit si a pravitate proximum revocat si
exortari ad bene operandum curat si eternum regnum
vel supplicium eranti annunciat profecto angelus est
Nam qui parva capiunt si tamen hec eadem parva pie
annunciare fratribus non desistunt isti in angelorum numerum
vadunt Qui vero secretorum celestium summa capere prevalent
et ea aliis annunciare isti in archangelorum numero
deputantur Qui vero amando deum ardent et alios acce
dunt isti inter seraphyn collocantur Erit itaque electorum
gaudium intus et extra subtus et supra circum et circa
O quantum tunc insti gaudebunt dum illud eternitatis divini
speculum iugiter videbunt in quo omnia presencia preterita
et futura que sue beatitudini competunt consorcio cogno
scent et aptissime cernent Tunc sciet insti omnia que deus
fecerit scienda Nec est quod nescire possunt qui scientem
omnia vident Tunc totum quod in creaturis esse pote
rit videbunt et intelligent Nam sicut in speculo
et nos ipsos et speculum et quid quod est presens videmus
Sic insti in speculo divine claritatis ipsum deum et se ipsos
et alias creaturas cognoscent et videbunt Et ideo
sancti suos devotos hic degentes sepe adiuvant et
a periculis liberant Unde Beatus Cyrillus in libro miracu
lorum sancti Jeronimi scribit dicens Erat quidam episcopus nomine
Silvanus Bonis opibus intentus et sanctitate conspi
cuus Et quod hiis maius est Gloriosi Jeronimi post xpm
cultor devotissimus Cui antiquus hostis invidens.
suscepta eius forma et similitudine Ingressus
domum cuiusdam nobilissime vidue sub lecto se absco
dit Cumque eadem vidua modo solito requiesceret
Egressus diabolus unde latebat cepit eam de illici
to opere acceptare At illa evigilans et hominem esse
estimans emisso clamore totam familiam convocavit
Sed demon in specie episcopi iterum se sub lecto abscondit
Currens autem familia cum lumine dum ubique que
rerent quis nam esset Tandem invenerunt diabolum in spe-

siluani epi latente sub lecto Querunt ab eo cur tantu
scelus facere voluisset At ille cepit blasfemare et tur
pia verba proferre ita quod illi obturatis auribus ipm cum
plagis et verberibus extra domu eiecerunt Quo facto
hec fama totam ciuitatem repleuit Currunt omnes ad
domu epi cum saxis et lapidibus clamantes siluanu
esse ypocritam et morte dignu Audit hec epus et mi
ratur domu tamen firmat seris et se intus recludit
Tandem completo anno domu occulte egressus venit in
Betleem ad sepulcru sancti Jeronimi ibi quod se morone
conspiravit Quo quidam vir videns et cognoscens furore
repletus euaginato ense iruit in eum volens ipm oc
cidere At siluanus tenens sepulcrum beati Jeronimi cla
mare cepit Succurre michi gloriose Jeronime Mox ille vir
manu transuerssa gladio proprio se ipm transfixit et ca
dens in terram exspirauit Et ecce alij duo viri intrant
ecclesiam Et videntes siluanu orante et hoiem illum
mortuum iacere vnus eorum euaginato gladio caput sil
uani volebat abscidere Tunc siluanus iterum cepit clama
re Succurre in gloriose Jeronime At ille vir ut primus suo
gladio se ipm occidit Socius vero eius qui cum eo ve
nerat et viderat Egressus foras emisso diro clamore
totam ciuitatem conuocauit Currunt omnes clamantes sil
uanu epm ypocritam et magum qui arte magica hoies
interficit et viduas illudit Mox siluanus ab omnibus ca
pitur ligatur ceditur et ad igne ducitur Cumque extra
portam ecclesie traheretur Ecce gloriosus Jeronimus sole
splendidior omnibus apparuit siluanu soluit ac de
manibus eorum liberauit Tenens quoque dextera eius bla
do simone si aliquid peteret requisiuit Ad hec sil
uanus peto inquit pater mi ne amplius in hac
misera vita debeam permanere Et gloriosus Jeronimus
ait fiat quod petis veni et sequere me statimque dispa
ruit Et siluanus flexis genibus emisit spiritu
sequens beatum Jeronimu inter choros angelorum
Heremita. Octaua beatitudine comedans
dns in euangelio ita dicit Beati estis cum male
dixerint vobis homines et persecuti vos fuerint
propter me Gaudete et exultate quoniam merces vestra
copiosa est in celis. Jam ego de amaro gustu huius
mundi Et de dulci ac suauissimo gustu dei plura cogno
ui. Jam de terribili iudicio dei Et de horribili pena in
ferni ac de excelentissima gloria regni dei multa
didici Adhuc vltimum scire vellem Que est illa co
piosa merces quam habebunt omnes sancti in celis.
Angelus vitam beatam consequi facilius est quam
enarrare Tamen scire te conuenit Quod omnis
merces beatorum in triplici premio consistit
videlicet In premio substanciali consubstanciali et acci
dentali. Substanciale premium consistit in tribus dotibus
anime Que sunt iste visio inmediata fruicio inflam
mata et tencio firma summi boni id est dei Consub
stanciale premium consistit in quatuor dotibus corporis
Que sunt claritas subtilitas agilitas et Inpas
sibilitas. Accidentale vero premium consistit in quodam
decore speciali superaddito Qui vocatur aureola Et
datur martiribus predicatoribus et virginibus In hoc
tam multiplici premio consistit anime et corporis beati
tudo Est enim anima ymago et similitudo dei et ideo
est capax dei Et propter hoc nec ipa sibi suficit quia
se ipam implere non potest Nec aliqua alia crea
tura ei suficit Quoniam nulla creatura nec etiam
totus mundus eam implere potest Nisi solus deus
per influenciam deiformitatis eam implet et perficit
Ergo anima per diuinam influenciam deiformis facta quietatur
sue beatitudinis participacione corpori Et sicut anima tunc
perfectissime obediet creatori ita corpus perfectissime
obediet anime Ibi mox vbicumque voluerit esse anima statim
adherit corpus Quoniam in illa beatitudine omnes sensus
erunt in actibus suis Ibi oculus videbit decorem speci
osissimum Gustus senciet saporem dulcissimum Olofactus
odorabit odorem suauissimum Tactus amplexabitur
obiectum delicatissimum Auditus innouabitur per sonum
iocundissimum Et ideo propter tanta et tam magna premia
nullus labor pro deo debet esse grauis in hac vita Nunquid
oblitus es quod sanctus et gloriosus Jeronimus scribit in epistola
dicens Nullus labor durus nullum tempus longum videri
debet quo gloria eternitatis aquiritur Grandis enim debet
esse violencia generatos in terra celum aquirere Et pos
sidere per virtutem quod non tenemus per naturam vbi nulla
diuerssitas turbat Nulla necessitas angustat Nul
la molestia inquietat Sed perhennis leticia regnat Sanctus
quoque Augustinus sic ait Cum anima hoc corpus non animale
sed spirituale receperit perfectum habebit sue in se modum
obediens et imperans quietans et viuificans Tunc in esta
bili felicitate quod sit illi gloriae quod fuit prius sarcine ob
quam causam ipe anime sancte desiderant corporis resumpcionem
et expectant ipius iteratam vnionem quia sine ipo consu
mari non potest ipsorum felicitas nec saciari iocunditas
Et ideo ipm vehementer desiderant quia eorum contemplacionem
aliqualiter inpedit et retardat Tante enim est pulcri
tudinis splendor eterne glorie tante quoque dulcedinis ut
etiam ipi angeli qui sole sunt inconparabiliter clariores
eo saciari non possint Nam in illa sempiterna patria
corda beatorum sibi inuicem et claritate lucent et puri
tate translucent Ibi vnius enim quoque vultus conspicitur et
consciencia penetratur Ibi cuiuslibet mente ab alterius
oculis corpulencia non abscondit Ibi nostrum esse non
habebit mutacionem Nosse non habebit errorem Amare
nostrum non habebit offenssionem Ibi aberit omnis in
firmitas et omnis deformitas tarditas omnis et corrupcio
Ibi vita sine morte iuuentus sine senectute Ibi gaudium
sine tristicia pax sine discordia volutas sine iniuria
lux sine tenebris et regnum inmortalitatis vnde beatus
Bernardus ait O misera caro et fetida vnde tibi hec
gloria Quorum anime sancte quas deus insigniuit sua ymagine
et proprio redemit saguine te desiderant et expectant
et ipsarum sine te non potest consumari fellicitas nec saci
ari iocunditas Nam si te delectat pulcritudo ibi ful
gebunt iusti sicut sol in regno Si libertas aut forti
tudo ibi similes erunt angelis dei in celo Si longa et
salubris vita ibi est sanitas eterna Si te delectat
melodia ibi cantant angeli Si sacietas ibi satura
bimur de gloria domini Si amicicia et societas ibi est
beatorum societas et vna volutas Si honores et diui
cie ibi gloria et diuicie in domo eius Si securitas et
certitudo ibi est omnium temporum longitudo Ibi curssus
sine termino vsus sine fastidio refectio sine cibo.
Sub antiquis preteritisque gaudijs semper noua iocunditas
et continuata felicitas leta serenitas plena suaui
tas et omnium bonorum eterna securitas Ideo propter
illa futura premia sanctorum in hoc mundo venerantur
corpora et sepe faciunt magna miracula vnde beatus
Cirillus scribit ad beatum Augustinum in epistola de transla
tione corporis sancti Jeronimi in hec verba. Die dominico
post octauam pentecostes omnibus meis sufraganeis
epis ac magna multitudine hominum vtriusque sexus
congregatis in ecclesia in qua sanctissimi Jeronimi corpus
requiescit Ego primus tamquam fossor accessi Quatenus sanctis
ssimum corpus illud de terra leuantes in tumulo marmoreo

mire pulcritudinis ponerem⁹ Cumq; iam fuisset fovea
vacuata Cunctis videntib⁹ corpus sanctissimū in medio
fovee tamquā in aere a nulla parte trām tangēs
pmanebat integrū Ex inde elevantes cū odore su
avissimo collocavim⁹ in altari vt reliquie scissie
a populo videret Quot autē illo die fecit mira
cula nō valeo explicare Ceci xvj illas reliquias
tangētes visū receperūt Tres demoniaci cathenis
ferreis vincti et ibi aducti ptinus sūt liberati Vidue
cuiusdā filius parvulus in ecclesia pmultitudine
suffocatus est Quē mater mortuū inveniens dolēs
et lugens cadaver pueri in fovea in qua iacuerat
corpus gloriosi Ieronimi piecit dicēs Sancte Ieronime
redde michi filiū meū Mox ut trā mortui pueri
corpus tetigit vivus surrexit Ex quidā vir vidēs
Extraxit de sepulcro corpus filij sui in quo iā trib⁹
diebus sepultus erat Et veniens ad fovea sancti Ieronimi
illud in fovea sic proiecit Qui iuvenis illico viv⁹
surrexit. Vespe autē facto corpus illud sacratissim
in monumento marmoreo posuim⁹ Sed mane monumē
tū vacuū est inventū et corpus sanctissim fovee pris
tine invenim⁹ restitutū. Sequenti autē nocte michi
Gloriosus Ieronimus apparēs dixit Noveris Cyrille
Ex corpus meū de fovea in qua iacet nulla tenus
extrahetur Quousq; civitas iherlm ab infidelib⁹ sa
racenis capietur Quo quidē tempore Roma delatū
ibidem multo tempore requiesscet ¶ Si quid vtile
aut bonū in hoc libro scripsi Non meis sed gloriosi
Ieronimi meritis reputetur Si quid vero superfluū
invtile vel nō bonū Solū mee insipientie et neglie
tie causa ab omnibus indicetur ¶ Explicit liber
Lynea salutis hermitarum Anno dni mº cccc. xxv.º kl' Apl'.

Incipit liber meditationū beati Bernardi Abbatis de passione dni nostri ihu xpi Secundum septē horas.



Epcies in die laudem dixi
tibi. Rogasti me frater carissime
vt aliquē modū contemplandi
in passione dei tui monstrare
tibi Secundū septem horas
dici Quia super omnia hoc di
cebas te desiderare vt pos
ses frequēter habere memo
riam eius qui pro te voluit
multa pati Idcirco eius a
more et adiutorio prout brevius et melius potui
scripsi quod devotissime postulasti Non omnia expone
do sed multas tangendo raciones quas tibi expone
das et perficiendas relinquo Vita enim contemplativa et
spiritualis de paucis extrahit multa Sicut vidis
et carnalis de multis facit pauca. Quapropter hoc scias
primo Ex si in hac sciencia que super omnes sciencias
est volueris proficere Cū magno studio oportebit
te abstinere a cibo delicato et potu inmoderato et
ad necessitatē sumere vtriusq; Oportet eciā ut ca
veas a multiloquio et a leticia vana et inepta Nō
enim decet eū qui vult xpi dolorem sentire in verbis
risibus ludis et gaudio vano se invtiliter occupare
Et ut breviter dicā a solicitudine temporali et de
lectacione carnali sine consolacione oportet cū mul
ta diligēcia elongari Quia nō bene conveniunt delec
tacio carnalis et contemplacio dnice passionis ńa contra
ria nō sortiuntur Necessariū erit ut aliquā cogites
ita te presente esse cogitacione tua ac si tunc
temporis fuisses quā dns passus fuit Et ita teneas
in loquēdo et in dolendo ac si dnm tuū haberes
coram oculis pacientem Et ipse dns sicut cogitabitur
presens erit et accipiet vota tua Et acceptabit tua
facta Quē ecia modū teneo in hoc ope scribendo de
inde accedam⁹ ad propositum De hora completorij

Primo igitur a Completorio est incipiendum
Completorium dici potest quia in ipso curssus
diei cōpletur Similiter dns nr ihus xpus
Completo curssu pdicacōnis sue Et cena facta cū
discipulis suis De qua Cena Et de sacratissimo dono
Corpis et sanguinis eius ibi tradito debes frequēter
et devote cogitare Cena in qua illa tam singulari et
gloriosissime celebrata et lotis discipulorū pedib⁹ et
facto sermone Exivit dns ihus cū discipulis suis in
montem olyueti vbi capiendus erat et ab amicis
separandus Cū cōplendū erat quod dixerat propha percuciā
pastorē et dispergentur oves gregis Secundū hoc cogita
bis quod dixit discipulis suis Surgite eam⁹ hic Et tu res
pondebis ei in spū Dne quo ibim⁹ Et ipse respōdebit
tibi Ibim⁹ ad passione meā ibim⁹ ad angustiā meā
ad separacionē a vobis corpaliter in hoc mundo Et quicūq;
voluerit me sequi abneget semet ipm et tollat crucē
suā et sequatur me Et tu respondebis ei Ibo dne et
ego tecū et sequar te sive ad vitā sive ad mortē dne
ihū nō simas me a tuo latere separi Postea cogita
bis quia dixit Quid dormitis vigilate et orate ut
nō intretis in tēptacione Spūs quidē promtus est caro
autē infirma est Tota pigra sopno cibo et potu plena
Nec pt sustinere ut vix una hora perfecte tecū vigilet
et tecū oret ne cadat in tēptacione Respice etiam
qualiter discipuli iacebāt dormiētes Et qualiter
dns ostendit modū orandi in gestu corpis et verbo
pio et per angelū ibi aparente dicitur enī Ex procidit
in faciem suā super trām Et quod adoravit ibi dicens
pr si possibile est auffer calicē istū a me Verū nō
sicut ego volo sed sicut tu Et ecce apparuit ei an
gelus de celo confortans eū Et factus in agonia pli
xius orabat Et factus est sudor eius tamquā gutte
sanguinis decurrētis in trām Nota omia verba hec
et tu sic facē debes scilicet cadens in trā in faciem
tuā nec volvas te retro ut ea que rogas coram
te habeas et teneas in mente et quod volutas prīs
semper precedat et quod nō tepide sed cū magno labore ores
et dolore sicut dns fecit et quod nō parum sed plixe Et
vide quomodo statim angelus aderit qui te audiet
et confortabit et orōm tuā deo putabit propter exēplū
enī nostrū ille angelus apparuit confortans dnm
Et nō tantū semel sed frequēter est orandū sicut
ipse ostendit per trinam suā oronem Et tu ora pro
mortuis et peccatorib⁹ et pro te ac tuis inimicis.
Dū ergo videbis discipulos dormiētes in tanto
periculo Et dnm vigilantē si doctus es multa pote
ris invenire que dicas eidem dno tuo Scias autē
Ex cena nocturna sive potus multū impedit contēpla
cione post cōpletorium qua propter abstinēdū est Et
postea vide turba plurima et pessima ac crudelē
societatē venietem super dnm tuū Et qualiter dns
tuus vadit in occurssū illis et discipuli secutur illū
timentes Sed ipse confortat eos ne timeāt Et dicit Iude
amice ad quid venisti Vide mansuetudinē ipius quod
osculū proditori suo dedit et amicū ipm vocavit
Quot sūt religiosi qui videntur tales et nō sūt Se
culares debent vocari servi Sed religiosi qui tenēt
vita aplorū debēt vocari amici Sic enī dixit illis
Iā nō dicā vos servos quod servus nescit quid faciat
dns eius Vos autē dixi amicos Quia oīa que.

audivi a patre meo nota feci vobis videlicet mundū sperne
carnē domare et diabolū cū suis temptacionib9 vincere
sȝ multi abeuntes retro cū iuda traditoꝛe post concupi
scencias abierūt Considera ergo quis fuit dolor ille
cū discipuli sui devotissimi fugierūt qn̄ oportuit q̄
a magistro suo dilectissimo separarent̄ o quā inviti
o quā desolati o qualit̄ plorātes o quales voces et
clamores et suspiria dantes sicut orphani recedebāt
et respiciendo recedentes dicebāt o magister care
o dulcis pater o benigne dn̄e quodo ita separamur a te
Quo sc̄e p̄r fugiet filij tui Quo ibim9 dn̄e Hec et mul
ta similia dicere poterāt o quocies retro respicie
bant qualiter dn̄s eoꝝ ligatus erat et sine honoꝛe
trahebat̄ o quocies in t̄ra se p̄iciebāt ⁊ ad celū cla
mabāt O cāissime cogitare potes si dn̄a mater sua
ibi fuisset quid fecisset dic in corde tuo o dn̄a mea
Quid cogitas nec forte sompnas quodo dilectissim9 fili9
tuus vadit o dn̄a quā mala quā amara dies erit
crastina tibi qn̄ audies ⁊ qn̄ videbis tā crudele spec
taculū o dn̄e ihū que aīa potest sustinere q̄ nō ru
patur p̄ dolore cū cogitat vos o magister bone agn9
innocens q̄ ibas inter lupos mordebāt vos dn̄e ca
nes pessimi ⁊ nō clamabatis Dicitur etiā q̄ posue
rūt cathenā in collo ⁊ q̄ ligaūnt sanctissimas man9
vestras et sic cū impetu tamq̄ latrones stridentes
et vos percucientes duxerūt vos ad anam et postea
ad cayphā ubi erāt congregati p̄ncipes iudeoꝝ ⁊ vos
expectabāt Un̄ etiā potes cogitare quā male recepe
rūt eum ⁊ si cū honoꝛe eum sedere fecerūt sed for
te stare aut viliter in t̄ra sedere corā eis Hora matutina

Gratiaberis a sompno cubiculi plenus lacrimis
et dolore confectus p̄t̄ ea que post completoriū
cogitasti Et tunc meditaberis in sp̄u s̄to et
videbis qualiter dn̄s tuus sedet inter inimicos qn̄
solus a discipulis suis et ab amicis separatus et tot
malis hominibus sociatus Certe credo q̄ dices o dn̄e
ihū quodo sedes ita et tam despectus et inhonorat9
ubi sūt discipuli tui et amici o unicū bonū meum
et consiliū meū Quid facia qn̄ video vos ita stare
Dices etiā Johanni qui tunc forte p̄sens erat o Joha
nes Quodo stat ita dn̄s et mḡr vester Cogita etiā
qualiter dolebāt petrus et Johannes hec videntes
Cogita qn̄ dixit dn̄s iudeis Amen dico vobis videbi
tis filiū hominis sedentē a dextris virtutis dei Qualr̄
tunc sciderūt vestimēta sua et blasfemaverūt eum
Et tunc fere omēs simul qui circūstabāt irruerunt
sup̄ dn̄m tuū Alij dabāt alapas in collū eius beni
gnissimū Alij evellebāt barbam eius sanctissimam
Alij suos venerabiles capillos trahebāt Et sicut
existimo inter pedes conculcabāt sine reverencia
et sine honoꝛe ⁊ sine aliqua pietate Cū eī essent
crudelissimi ⁊ sine misericordia omīa mala et omīa
vituperia que poterat ei faciebāt Alij ex sua mala
voluntate Alij ut complaceret maioribus qui erāt in
maximissimi Quid ergo tu faceres si hoc videres Nū
quid nō p̄iceres te sup̄ ip̄m dicens Nolite iā nolite
tantū malū facere dn̄o meo Ecce me facite michi
Ecce me p̄cutite et dn̄o meo tot iniurias nō iroge
tis et tunc amplexatus eris dn̄m tuū ⁊ magistrū
flexis genibus et suscipies sup̄ te libenter p̄cus
siones eius et sicut presens esses estima te factuꝝ
Et dic o dn̄e ihū magister optime p̄r dulcissime
quid est q̄ ita sustines esse aflictus esse despectus
Nunquid nō filius dei es Quid ergo et quodo pater
tuus sustinet hec fieri tibi Quare nō destruit istos

filios diaboli certe sedebo dn̄e in t̄ra tecū et sociabo te
quia nō sūt hic qui diligūt te ȝ pocius qui odiūt in
imici tui dementes et insani postea cogitabis qualr̄
petrus sedens et calafaciens se ad igne exterius quia
verus ignis extinguebat̄ interius Negavit dn̄m
dicens non novi hominem Et quodo dn̄s respicit eum
tercia vice Et petrus videns q̄ dn̄s ip̄m audierat
et eū respexerat statim exivit de medio maloꝝ inter
quos eum negaverat sicut multi faciūt hodie ⁊ fle
vit amare o beati quos ita calafaciūt oculi tui dn̄e
et accendūt coꝛ frigidū in amorem tuū et illuīant
ut videat homo suū errorem o quā cito calafaciūt
gelicidiū peccatoris et in aquas devocionis et ama
ritudinis convertūt Rogo dn̄e rogo p̄r bone pie ihū in
tuitu pietatis tue ut aliqn̄ ⁊ frequenter me tue pie
tatis oculis respicias quibus petꝝ respexisti Bene
potes videre qualr̄ petrus plangebat p̄ dn̄o suo et
peccato suo Et quodo recogitabat que sibi dn̄s fece
rat ⁊ qualr̄ ip̄m negaverat postea iam fatigati
p̄ncipes iudeoꝝ et ministri iniquitatis et ceteri iudei
vadūt ad dormiendū Et dn̄s tuus relinquit̄ liga
tus cū custodib9 ⁊ fortassis in aliquo angulo domus
separatus et aflictus nimis frigore ⁊ labore q̄ hyemps
erat et magne noctes Tu ergo ibis ad eū ⁊ sedebis
ad pedes eius lugens ⁊ dolens ⁊ tunc devotissīe osculā
beris pedes eius venerabiles et vincula illa dimissia
et dices o dn̄e ihū saltim requiescat caput vestrū
sacratissim̄ sup̄ humeꝝ meū ex quo vos nō possim9
liberare Et tunc recomēdabis ei te devotissīe et
omēs tuos amicos et totū absq̄ dubio concedet tibi
q̄ pecieris et hec que dixisti ei Dices in crastinū
devotissime matri eius et ad pedes eius devotissīos
vel iuxta eius pectus gloriosissim̄ dormitabis ⁊ req̄
esces aliquantulū si tamen in tali statu dormire aut
repausare videris dn̄m tuū ‖ Hora prima

Hora prima corde dolenti et mesto medita
beris qualiter mane facto convenit iudei
ad consiliū suū et ducitur ibi aflictus nimis
dn̄s tuus dulcis ihūs Cū autē voluit eū de domo du
cere dicūt ei ut estimo Surge ihū surge quid facis
dormis an non Quia p̄ncipes et sacerdotes mādant
ut ducāis ad consiliū ubi te expectat cū populo ut mo
riaris et volūt te dare pilato Tu autē si adhuc co
gitas te cū ip̄o esse dices heu dn̄e mi heu magister
bone quia iam volūt vos p̄dere iam volūt vos morti
tradē o dn̄e quā lugubrem visione videbit vestra
dulcissīa mater o dn̄e quā crudeles ⁊ quā dolorosos
rumores audiet tam ip̄a quā omēs qui vos diligūt
o dn̄e quid ego miser facia Ibo vobiscū dn̄e vel ibo nūc
ciare dn̄e mee benigne matri vestre ut veniat ad vos
postea qn̄ intrat ligatus et aflictus omēs respiciūt
in eū et dicūt o ihū hic es et si p̄pheta eras quare
nō providebas talia ista et multa similia poterāt
ei dicere illi maledicti Si autē alia volueris tenere
cogitabis sic Audies dici q̄ dn̄s ihūs captus tenet̄
a iudeis Et tunc veniens in sp̄u videbis eū ligatū et
cadēs ante ip̄m ploras ⁊ formas verba tui doloris
Et postea audies ibi falsa testimonia contra eum Et p̄n
cipem sac̄dotū querentē ⁊ dicentē si es xp̄us filij dei be
nedicti Et tunc audies dn̄m mansuetissime respondentē
Tu dixisti Et illud v̄bū q̄ supra dictū est amodo vide
bitis filiū hominis sedentē a dextris virtutis dei Quā
responssione ipi reputātes blasfemiā fecerūt ut es
timo sicut in nocte ei fecerāt Considera etiā quodo
postea duxerūt eū ad pylatū manibus post tergū
ligatis vel ante Et ducitur cathena collo eius ligata

que pie postea ostendebatur peg(ri)nis in ir(usa)l(e)m p(ro) magna deuo
tione qui sub(ue)niebat in ea colla. P(ro)pterea in hac hora co(n)
uenirut ad (con)fitendū et laudandū d(omi)n(u)m quia ipse est iudex
viuor(um) (et) mortuor(um). Adque (con)dep(na)ndū iudei in hac hora
videlicet p(ri)ma (con)uenerut ante p(re)toriū pylati et ip(su)m in
multis false accusauerut. Ipse aute(m) tamq(uam) agnus mans
suetus no(n) se excusauit p(ri)mo michil respo(n)dit. **Hora t(er)cia**

Hora tercia cogitabis mestus et tristis qualit(er)
iam auditur p(er) plateas ir(usa)l(e)m q(uod) d(omi)n(u)s tuus tene
tur captus a iudeis et quomodo volut eum (cru)cifi
gere. Et quomodo audiens hec dolorosa mater sua cu(m)
inestimabili lame(n)to et planctu et fletu a sororib(us)
suis ducit(ur) quasi mortua et venit ad videndū filiū
suū sic aflictū et (con)sputū (et) om(n)i solacio (et) auxilio de
stitutū a discipulis suis. Et ad augme(n)tandū tibi
deuocione(m) potes cogitare qualit(er) tu ires nunciare
matri eius. Et vocares eam cu(m) nimio dolore et la
crimis. Et veniret ad videndū tale spectaculū. Et
ita fac(er)e cogita forte quia venires ad hospiciu(m) eius
et matri eius plorando diceres. Est ne hic d(omi)na mea
mater d(omi)ni mei ih(es)u (christ)i. O d(omi)na mea numquid estis hic.
Et videns eam ad pedes eius clama cu(m) lacrimis. O
d(omi)na mea o spes mea o auxiliū meū qua(m) durosti
bi nuncio rumores. Certe d(omi)na mea nollem vobis ta
lia nunciare si possem vitare. Tu(n)c ipsa stupefacta
dicet tibi. Quid habes quid ploras dic michi cito
carissime ne diu me dimittas. O d(omi)na mea causa est
magni doloris. Venite cito ad d(omi)n(u)m meū filiū vestrū
dulcissimū. Quia tenet iudei captū (et) male tractant
et quomodo occidant eu(m). Venite cito ut saltim eu(m) vi
uu(m) inveniatis. Hec illa audiens in t(er)ram cecidit exa
nimis nec potest loqui nec oculos ap(er)ire et quasi sen
sum amittit et omes amici eius secum stantes. O qua(n)
tus dolor potest cogitari. Tu(n)c eleuatur et ducit(ur)
ad filiū suū dilectū clamas et ploras p(er) ciuitate(m)
ir(usa)l(e)m. Heu michi ubi est filius meus amatissim(us). Ubi
es dilecte fili. Ubi te inveniā. Quis te accepit mi
carissime. Quare abstulerūt te michi benignissime. Hec
et hys similia dicere poterat et multo magis qu(e)
(con)tentia (et) (con)moucia mentes audienciū eciā infideliu(m)
ad dolore(m) et (com)passione(m). Postea q(ua)n(do) venit et vidit
filiū suū sic aflictū et ligatū atq(ue) despectū ab o(mn)ib(us)
no(n) se excusante et ipse videt eam in t(er)ra p(ro)stratam
et sorores eius et alios qui secū venerant. Quis pu
tas dolor fuit ille. Cogita si potes utrusq(ue). Recogita
tanta(m) si potes amaritudine(m) si habes a(n)i(m)am pia(m). O
bone ih(es)u bone d(omi)ne bone iuuenis. Certe ubiq(ue) (et) semp(er)
tibi dolor multiplicabat(ur). Dolore(m) matris tue tuu(m)
reputabas. Quid autem tu(n)c dicere potuit mater
ad filiū tu ipse cogita. Longū est cogitare a(n)i(m)e deuo
te. Existimo q(uod) omes diceret qui viderūt hoc torme(n)
tū. O qua(m) male est isti bone mulieri. Postea mitit(ur)
ad herode(m) et fit (con)cursus magnus populor(um) sequenciu(m)
eum. O d(omi)na qualiter ibas vel quis te iuuabat in
tanta p(re)ssura. Certe exemplū doloris erat omnibus
amantibus. Et si forte ip(su)m volebas videre et de ip(s)o
populus vana loquebat(ur). Credo q(uod) de te pa(ucorum) nimis
cu(r)a(n)te. Carissime cogita q(uod) libenter iuuares et soci
ares eam sicut tristem et mestā. Et postea vide
qualiter int(er)rogabat eū herodes et no(n) uult ei de(us)
loqui s(ed) stabat sicut agnus mansuetus corā eo ligat(us).
Et remisit eū ad pylatū. Postea cogita quomodo ha
bebat pedes suos (con)fractos fatigatissimos quia cum
magna festinacione eū duxerat et reduxerant.
Nec credas q(uod) esset calceat(us). Quia nec ipse nec dis
cipuli eius calciamentis utebat(ur). Postea recogita

qualiter reducūt eū ad pylatū et denudatū ligāt ad
columpnā ad quā ipse c(ru)delissime flagellat(ur) et eius
latus candidissimū sanguine roseo rubricat(ur). Et post(ea)
corona de spinis sup(er) reuerendissimū caput eius et san(gui)
nis eius fluit p(er) genas. Et postea (in)duatur palio ru
beo (et) ponitur arudo in manibus eius ad derisionem.
Et sic paratū facit eū pylatus exire ad iudeos qui non
intrabāt in p(re)toriū p(ro)pter festū. Et tu(n)c clamabat illi fi
lij diaboli. Tolle tolle crucifige eū. Hec o(mn)ia possūt te ex
citare ad dolore(m) si atente spaciose et frequenter co
gitaueris. Et tu(n)c exclamabis. O bone d(omi)ne quomodo tu de
nudaris qui nudos vestis. Quomodo tu ligaris qui ligatos a de
monib(us) et ab infirmitatib(us) dep(re)ssos liberas. Et sic p(er) singu
la cogita qualiter flectebāt genua corā eo et p(er)cutie
bāt caput eius arudine dicentes aue rex iudeor(um). O deus
p(ate)r quomodo sustines tantū obprobriū tantū vituperiū fie
ri filio tuo dilecto. O si omib(us) qui ad te clamāt deuote
misericors es. Cur d(omi)no meo dulcissimo filio tuo dilecto
tam crudelis videris. Quare no(n) sustines angelos iuua
re d(omi)n(u)m suū sic ab impijs tormentatū. O d(omi)na mea quid
tu faciebas cū hec videbas. Quid dicebas in corde d(omi)na
obsecro dic a(n)i(m)e mee et ue(re) pocius fac sentire quia no(n)
possū sicut desidero sentire fac me sentire d(omi)na mea
p(ro) amore filij tui. Tandem pylatus dedit senteciam
crudelissimā ut crucifigetur. Cogita quantū clamaueru(n)t
amici eius q(ua)n(do) illam senteciā audierūt. Deinde ponit
crucem sup(er) humer(os) eius delicatissim(os) ut portet eam.
Certe carissime bene faceres si iuuares d(omi)n(u)m tuū et di
ceres. Date michi obsecro cruce(m) d(omi)ni mei et porta
bo eam. O d(omi)na mea credo q(uod) tu libenter portares. O q(uam)
tristes quā dolentes quā clamantes et plorantes
ibant ille sancte mulieres sustinentes d(omi)nam meā
matre(m) eius no(n) valente(m) se sustinere. Ad quas (con)
u(er)sus ih(esu)s dixit. Filie ir(usa)l(e)m nolite flere sup(er) me sed
sup(er) vos (et) sup(er) filios vestros. Quia veniet dies in
quib(us) dicetur b(ea)te steriles. Nā si in viridi h(ec) faciunt i(n) arido q(ui)d fiet.

Sexta hora cogitabis dolens. **Hora sexta.**
Et tristis hec o(mn)ia que dicta sūt tame(n) aliqua
fuerūt ante aliqua post. Cogita quousq(ue) ad
locū caluarie venit populus post eū (con)iuiter cla
mantes. Et tu(n)c ibi videntib(us) omib(us) exspoliat(ur) suis
vestibus et cū maximo dolore quia vestis in tenior
adherebat ei fortiter p(ro)pter sanguine(m) flagellaco(n)is.
Et tu(n)c apparuit corpus eius totū cruentatū ac
devastatū. O quantus dolor tibi matri sanctissime
fuit cū aspiceres ista. Deinde parata cruce dicitur
ei ascende ih(es)u ascende. O qua(m) libenter ascendit. O
quanto amore ista p(ro) nobis sustinuit. O quanta paciā
quanta mansuetudine obediuit. O d(omi)ne s(an)c(t)e p(ate)r quantū
ip(s)ius obediencia delectabaris. Et sic totus nudus
leuatur in cruce et extendit(ur). S(ed) mater eius velū suū
q(uod) habuit in capite posuit circa eum plena anxieta
te et cooperuit verenda eius. O quante voces et tris
tes audiebant(ur) ibi ab amicis suis et p(re)cipue a ma
tre sua mestissima. Q(ua)n(do) sic crudeliter extendit(ur) et
foditur et toto sacro corp(or)e distendit(ur) et dissipat(ur).
Et statim du(m) cū clauis grossissimis (con)figit(ur) sanguis
incipit emanare et p(er) cruce(m) fluere usq(ue) ad t(er)ram.
Considera qualiter ipse est exaltatus sicut p(re)dixerat.
Oportet exaltari filiū hominis. Sicut moyses exalta
uit serpente(m) in deserto (et) qui mordebat(ur) a serpente inspi
ciendo ip(su)m sanabat(ur). Sic contra morsum et temptacio(nes)
diaboli no(n) est tam bona medicina sicut in cruce
p(ro) nobis passū aspic(er)e saluatore(m). Videbis eciā d(omi)n(u)m
tuū stantem sup(er) soliū excelsū et paratū ad iudiciu(m)
d(omi)n(u)m. Et ideo duos homines posuit hinc et inde quor(um)
un(us) saluat(ur) et alter da(m)pnatur. Videbis eciam ip(su)m
qui est pontifex futuror(um) bonor(um) qualiter exten

sis manibus offert hostia pura scilicet carnem suam preciosa sup aram crucis pro nobis Videbis eciam magistru tuu qualiter stabat in altu et pdicabat septem verba que dixit in cruce pendens breviter tibi nota et ea devote ptracta pmo dixit pcrucifixoribus pr dimitte eis quia nesciunt quid faciunt scilicet bona michi et mala sibi Revera est quia qui malu facit alteri nescit quata culpa incurrat sibi et qua corona acquirat altei Secudo dixit latroni qfitenti hodie mecu eris in padiso vere hodie et cotidie accidit quia qui devote qfitetur peccata sua bene cu dno est in padiso pgram et postea erit pgloria vel est in padiso id est in quada requie et securitate qsciencie sue Tercio comedavit matrem solacio destituta et mesta et quasi morietem discipulo et discipulu matri dicens mulier ecce filius tuus Et discipulo ecce mater tua In hac recomedacione intelligimus no solu Johanem sz tota ecclam xpi et qualibet fidelem aiam comedata bte vgini ut ipa habeat in filios diligedo nos et bonu nostru pcurado matno affectu et nos habeamus ipam in matre dilectissima sp amando et sup omia post dnm diligendo vn sicut necessaria est passio dni ad saluadu ita necessaria est recomedacio ad adiutoriu nostru et qsiliu Et ppterea secure recurredu est ad eam p qualicuqz necessitate Quarto loco dixit deus deus meus ut quid dereliquisti me Ut ostendat dns magnitudine pene sue sic eni graviter dolebat ac si no esset dei filius sz inimicus dei esset Caro xpi adeo derelicta esse videbatur nullum refrigeriu recipiens vel iuvamen Ut si nos exemplo suo aliqn tantu patiamur ac si adeo derelicti videamur Sive qn dns nos vult pbare vel nos metipi velimus nobis aliquas penas inferre ut sic dno qformemur in pena ut eidem possimus in gloia qformari Quintu verbu dixit Sicio Et dederut ei acetu cum felle mixtu sicut predixerat pheta david dederut in escam mea fel et in siti mea potaverut me aceto Ecce qualis cena dabatur dno meo hora erat cenadi sz p dolore et labore no peciit aliud p cena nisi potu Et ad litera estimare potes q multu siciebat Et filii diaboli dederut ei fel p cibo et p potu acetu O nos miseri qui volumus alter cenare et alter potare et delicias querimus Certe si mille anis viveret homo et cotidie ieiunaret pane et aqua no posset qpensare unica cenam illam verutame qui pt cape capiat Quia durus est smo p carnalibus et ideo no sapiut id est no senciut cu sapore que dei sut et amittut qsolacione eternam Sexto loco dixit qsumatum est id est opus q in mundo facere debui qsumatu est id est pfectu est Et omnis eciam pena et ois pugna qsumata et pfecta est Tempus eciam quo inter homines esse debui ad honore di patris et utilitate fideliu qsumatu est

Hora Nona

Hora Nona cogitabis mente lugubri et devota si pia aiam habes qualiter dns tuus amatissimus et omni graciositate acceptissimus appinquas morti cepit deprimere oculos versus matre sua Quasi dans ei ultimu vale et vale doloris et ois desolacois q no poterat ore et verbo exprimere p nimia qpassione et inestimabili dolore Et quasi comendans corpus suu tam crudeliter fossu et dissipatu Quo facto qclusit septimu et ultimu vbu dicens in manus tuas dne Comedo spm meu Et sic dicens exspiravit Certe si potes intellige qn vidit eu mater sua dicedo illud vbu et morietem Et se deliqui in hoc mudo in tanto dolore et anxietate clamavit Si tamen hec misera loqui potuit O dne sce pr deus omps in manus tuas comendo filiu meu immo deu meu in quatu possu Quia iam deficio et hoc desidero in qspectu tuo ante filiu meu mori Talia dicens et se sustinere no vales estimo q corruit in facie sua sup terram O carissime qsidera quato dolore plorabat omes amici eius licet non centurio et alii qui venerat ad videdu percucientes pectora sua revertebatur dicentes vere hic homo iustus erat vere filius dei erat iste

De hora vespertina.

Hora vespertina venies carissime devotis gressibus et spualibus accessibus Ad deponedu dnm tuu de cruce et ad plangedu eum cu matre sua benedicta et lavadu lacrimis corpus eius sactissimo sanguine aspersu Et ad ungedu cu ungeto sancte oronis Et adportandu eum brachiis caritatiue et humilis operacionis et ad sepeliendu eum cu bonis aromatibus et bonis doctrinis et exemplis et lamentis et plactibus Et cooperies sub pavimeto qsciencie amoris et devocionis Et sedebis iuxta eum ad monumetu eiusdem dni nostri ihu xpi Qui cu patre et spu sancto vivit etc.

Incipit liber bti Bnardi per modu dialogi de plactu Sancte et Gloiose vginis Marie cu ipo loquentis.

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis ymbrem lacrimarum ut possim flere p die et noctem donec suo suo dns ihus xpus appareat visu vel sopnio qsolans aiam mea O vos filie ierlm sponse dilecte dei una mecu lacrimas fundite donec nobis nr sponsus in sua speciositate benignus et suavis occurrat Recolite et sedula mente pesate qua sit amarum ab illo separi Cui nupsistis Cui vos in omi sactitate vovistis Vota vovistis reddite ei vos ipas redite deo Currite filie currite vgines sacre Currite vidue xpo castitate vouentes omes ad vgine currite que genuit ipm Ipa eu portavit rege gloie Eum omipoteti datura Ipa genuit eum lactavit eu Et die octavo circucidit et die xl° psentavit in templo duas turtures vel columbas p eo offerens holocaustu fugiens ab herode eum portavit in egyptu lactans et nutriens eu et cura eius habens sequebatur eu fere quocuqz ibat Credo firmiter q erat inter illas sanctas feminas que xpm sequebantur ministrantes ei Nullus debet inde mirari si sequebatur illu cu ipe esset totus eius dulcor et desideriu Hanc eni arbitror fuisse inter illas gementes et dolentes que lametabantur flentes dnm potuit eni hec esse inter illas feminas filias ierlm ad quas ihus no clarus in perio sed plenus obrobrio spinis cinctus flagellis afflictus sibi in angaria mortis baiulans crucem qversus ait filie ierlm nolite flere sup me sz sup vos ipas flete et sup filios vestros Putas ne dna mundi dna mea dilecta mater eiusdem xpi est verum q dico vn obsecro ut dicas sno tuo decor padisi Gaudiu celi veritate huius rei Obliviscere tamen rogo doloris que te tunc passam fuisse no ambigo O utinam dolor ille sic cotidie inhereret visceribus meis sicut inhesit tunc tuis utinam die quo assupta fuisti in celu ubi in eternu cu tuo gauderes dilecto michi tuas lacrimas indicasses certius p illas cognoscerem quatu tibi amaritudinis fuerit Cu dilectu ihm tibi heu heu clamis in ligno qfixu capite inclinatu suu sanctissimu spm exalare videres sz peto ne te moveat illa que dico cu tamen saxa deberet scindi ad illa clamis unqua regnas in celo sursu vel peregrinans in terra deorsu audies vel

mente p̄tractans quo modo factus obprobrium hominum ipse dominus
angelorum et abiectio plebis ipse filius dei patris pote
rit lacrimas continere verumtamen tu gaude gaudio ma
gno ab ipso iam glorificata in celis que in mente clauus
amarissime fuisti confixa certissime mortis eius michi tamen
obsecro lacrimas illas infunde quas habuisti in sua
passione. Et ut id assequar largius de passione filii
tui dei et domini mei ihesu xpisti verba ad invicem conferamus
Enarra te flagito seriem veritatis que mater es
et virgo summe trinitatis. Ad que illa respondit Illud
quod queris compungitiuum est magis doloris sed quia iam
glorificata sum flere non possum Tu vero cum lacrimis scri
be que cum magno dolore ipsa persensi Cum nunquam fle
re propterea et nichil aliud libet sed miser ego cor lapi
deum habeo ideo quia flere non possum Regina celi mater
crucifixi da quod iubes et prebe quod cupio Audiat famulus tuus
dicat domina mea dic mater mea si in ierusalem eras quando cap
tus filius tuus fuit et vinctus ad annam tractus et ductus
est. Cui maria respondit In ierusalem eram sed quando hec audiui
in gressu qualicumque potui et vix potui ad filium meum
flens perueni Cum illum fuisse in tanta pugnis percuti a
lapis cedi in faciem conspui spinis coronari et obprobrium
hominum fieri Commota sunt omnia viscera mea et defecit
spiritus meus et non erat michi fere vox neque sensus Erant
cum mecum mee sorores et alie femine multe plangentes
quasi unigenitum Inter quas erat maria magdalena
que super omnes me excepta dolebat Dum xpistus pro
ne clamante et pylato imperante sibi baiulans crucem
ad supplicium traheretur factus est concursus populorum post
ipsum euntes Alii super ipsum ridebant illudentes Alii
proiciebant lutum et inmundicias super caput suum Seque
bar ipsum ego mestissima mater cum mulieribus que secu
te ipsum fuerant a galilea ministrantes A quibus velud
mortua trahebar et sustentabar quo usque peruentum
est ad locum ubi crucifixerunt eum ante me Et ipse vidisset
me fuit in cruce leuatus et in ligno durissimis clauis
affixus Ego videns eum et ipse me dolebat plus de me
quam de se Ipse vero tamquam agnus coram tondente se vocem
non dabat nec aperiebat os suum Aspiciens ego infelix
et misera deum meum et filium meum in cruce pendentem
et morte turpissima morientem tanto dolore in tri
sticia vexabar in mente quanto non possem explicare
sermone Nec mirum distillabat eius sanguis ex innumeris
vulneribus rigantibus undis ligno manibus pedibusque
clauis confixis De multum illius omnis pulcritudo efflu
xerat Et qui erat pre filiis hominum speciosus videbatur
omnium indecorus videbam quod complebatur propheticum illud
meo videmus eum et non erat ei species neque decor
Quia ignominiosorum verberibus illius multum fedauerunt
liuor Iste erat dolor maximus quia videbam me deseri
ab ipso quem genueram nec super erat alius quia michi
erat unicus Et ideo non poterat in me dolor meus
vox mea fere perierat omnis sed dabam gemitus suspi
ria quod doloris volebam loqui sed dolor verba rumpebat
Quia verbum iam mente conceptum dum ad formacionem pre
tenderet oris ad se imperfectum reuocabat dolor
non minus cordis vox tristis sonabat foris inclusus
mentis de inmiciis verba dabat amor que vnica
sonabat nam lingua vocis magistra perdiderat
usum loquendi Videbam morientem quem diligebat
anima mea pre nimio tota liquefiebam pre doloris angustia
Aspiciebat et ipse me benignissimo vultu matrem plo
rantem et me verbis paucis voluit consolari Sed
ego consolari non potui flebam enim dicendo et dicebam
plorando fili mi ve mi Quis dabit michi ut ego
moriar pro te fili mi O misera quid faciam moritur

filius cur secum non moritur hec mestissima mater eius fili
mi amor unice fili dulcissime Noli me derelinquere post
te trahe me ad te ipsum ut ipsa moriar tecum Male solus
morieris tecum morte perimatur ista tua genitrix O mors
misera noli michi parcere tu michi sola pre cunctis places Ex
era vires trucida matrem perime simul matrem cum filio
fili dulcor unice singulare gaudium vita mee anime et
omne solacium fac ut ego nunc moriar pro te que te amor ge
nui O fili recognosce miseram et exaudi precem meam decet
enim filium exaudire matrem desolatam Exaudi me obsecro
in tuo me suscipe patibulo Ut qui una carne viuunt et
uno se amore diligunt una morte pereant O iudei mi
seri o iudei impii Nolite michi parcere ex quo unicum natum
meum crucifigitis et matrem crucifigite aut alia seua quali
cumque morte perimite dum modo simul cum filio meo finiar
Male solus moritur orbans orbem radio meo iudei fi
lio gaudio dulcore vita mea moritur et salus mea
perimitur at de terra tollitur omnis spes mea Cur ergo viuit
post filium mater in dolore Tollite suspendite matrem cum
suo pignore Non parcis proli non parcas et michi Tu mihi
soli mors es seua Nunc summe gaudere si mori possem
simul cum xpisto meo dulce est mori misere sed mors opta
ta recedit Ve michi infelix tibi bone ihesu mors precipita
ta venit michi melius est mori quam vitam ducere
mortis Sed fugit a miseria et me infelicem reliquit cui
multum ipsa mors nunc optata esset O fili care o benignissime
nate miserere matris suscipe preces desine matri nunc ce
dere qui cunctis fuisti semper benignus Suscipe matrem te
cum post mortem Nil vero dulcius est michi quam te amplexato
in cruce commori tecum Et nil certe amarius est michi
quam viuere post tuam mortem. Heu michi tu michi pater
tu michi mater tu michi sponsus tu michi filius tu michi omnia
eras Nunc orbor patre viduor sponso desolor prole
omnia perdo O fili mi ultra quid faciam ve michi fili quo vadam
carissime ubi me vertam dulcissime Quis michi solacium piissime
quis de cetero subsidium et consilium prestabit fili mi dulcis
sime omnia possibilia sunt tibi Sed si vis ut non moriar tecum
michi relinque aliquem benigne consilium Cui dominus ea aspiciens in cruce
oculis et multum annuens de Johanne ait Mulier ecce fi
lius tuus Et erat ipse Johannes presens multum tristis lacri
mans et semper plorans ac si diceret O mater dulcissima mol
lis ad flendum et mollis ad dolendum Tu scis quod adhuc veni
et de te carnem assumpsi ut per crucis patibulum saluare genus
humanum quando in plebum scripture Scis enim quod oportet me
pati pro salute generis humani die namque tercia resurgam tibi et
discipulis meis patenter apparens Desine flere dolo
rem penitus depone Quia ad patrem vado et ad gloriam
paterne maiestatis pro te preuideam ascendo Immo congaude
michi Quia inveni ouem errantem quam tam longo tempore
perdidi Moritur vnus ut vita reuiuiscat tocius mun
di vnius ob meritum ceteri nunc periere rumores Sal
uatur cuncti homines vnius ob mortem Quod placet deo patri quo
modo displicet tibi mater dilecta Calicem quem dedit
michi pater non vis ut bibam illum Noli flere mulier noli flere
speciosissima non te desero non te derelinquo tecum sum tecum
ero omni tempore seculi Si secundum carnem subiaceo im
perio mortis secundum diuinitatem sum fui et ero semper im
mortalis et impassibilis bene scis unde processi et veni
Quare ergo contristaris si illuc ascendo unde descendi Decens
est enim ut reuertar ad eum qui me misit Et quo ego
vado non potes venire modo venies ante postea Inte
rim ante Johannes qui est nepos tuus tibi reputabi
tur filius curam habebit tui et erit ipse solacium fi
delissimum tibi Et ad Johannem intuens ait Ecce mater
tua eam firmas et curam illius habeas eam tibi commendo


Suscipe matrē tuā ymo magis suscipe meā hec pauca dicēs
Illi duo dilecti semp lacimas fūdere nō desinebāt tacebāt
isti martires ambo et p doloris augustia loqui nō pote
rant Isti v̄gines duo audiebāt xpm voce rauca loquētē
et ipm videbāt paulatim morientem nec ei poterant
respondē v̄bū qz illū videbāt quasi iam mortuū Erat
eni illi duo velud mortui vī spus coz voces exala
re nequibat defecerat eni spus coz et amiserat
virtutem loquēdi Audiebāt eni et tacebāt quia p
augustia loqui nō poterat Solus illis dolor erat vo
ce qz carebāt Amare amabāt flere et flebāt amarē
amare flebāt qz amare dolebat Na gladius xpi aias
utroz qz trāssibat Senus seue pimebat utqz et q
magis amabat senius senciebat in matre Mater sen
multo magis excecantur. Venientes ergo aboriente magi
quid dixerunt audiamus vbi est qui natus est Rex iu
deorum Qua certa fides et nichil penitus hesitans No
querunt vtrum natus sit sz fiducialiter locuntur et interro
gant sine dubitacione vbi est qui natus est rex iudeorum
porro audito nomine Regis Rex herodes successorem sus
picatus expauit Nec mirum si turbatur herodes Sz quod
ierusalem ciuitas dei q visio pacis cum herode turbatur quis
no miretur Videte fres quantum noceat iniqua pote
stas Quo modo caput impium subiectos quoque sue conformet
impietati Misera plane ciuitas in qua regnat
herodes quoniam herodiane sine dubio particeps erit ma
licie Et ad noue salutis ortum herodiana turbacione
mouebitur Confido ego in dno q inter vos minime re
gnabit etiam si ad esse contingat q et ipsum auertat deus
Na herodiana malicia et Babilonia crudelitas est
nascentem velle extinguere religionem et alidere puulos
israhelis Si quid ad salutem pertinens si quid religionis
oritur Quicumque resistit quicumque repugnat plane
cum egypciis puulos israhelitici generis necare co
natur ymo cum herode nascentem persequitur saluato
rem Sz inchoatam prosequamur hystoriam Credo si quis
sibi conscius est huius rei studiosius cauebit de cetero
et herodianum execrabitur animum ne simile exitum sor
ciatur Ergo querentibus magis regem iudeorum Et sci
scitante ascribis herode dnice natiuitatis locum Illi
iuxta propheta nomen ciuitatis edicunt Cumque recessi
ssent magi et reliquissent iudeos Ecce stella quam
viderant in oriente antecedebat eos hic manifes
te datur intelligi Quoniam humani flagitantes consi
lium diuinum amisere ducatum et quousque ad terrenum
documentum signum celeste deserunt vn et relicto hero
de gauisi sunt gaudio magno valde Stella enim ante
cedebat eos usque dum veniens staret sup vbi erat pu
er Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria ma
tre eius et procidentes adorauerunt eum Vnde vobis.

hoc alienigene Neque enim inveniemus tantam fidem in israel. Sit
non vos offendit vilis habitatio stabuli Non pannorum cune
presepii Non vos paupertatis matris presencia non lactentis in
fancia scandalizat Denique apertis thesauris suis ait evan
gelista obtulerunt ei munera aurum thus et mirram
Si solum obtulissent aurum videri fortasse poterant
paupertati matris voluisse consulere ut haberet mini
num unde parvulum posset filium educare Nunc autem offe
rentes pariter aurum thus et mirram sine dubio obla
cionis spiritualis genus insinuant. Aurum enim inter di
vicias seculi videtur extollere Et preciosius gratiarum omnes
nos obtulimus salvatori Cum precioso nomine ex integro
dereliquimus substanciam huius mundi Jam vero necesse est
ut qui perfecte terrena contempsimus flagranti desiderio
celestia requiramus Sic enim offerimus et thuris odo
ramentum Quoniam minimorum ut in apocalipsi legimus Sig
nificantur oraciones sanctorum viri et propheta ait in psalmo diri
gatur inquit oracio mea sicut incensum in conspectu tuo
Sic et in alio loco legimus quia celos penetrat oracio
iusti Oracio inquam non cuiuslibet sed iusti Nam qui
avertit aurem suam ne audiat legem oracio eius erit
execrabilis Porro si iustus esse volueris et non
averteris aurem tuam a mandatis dei ne avertat ipse
aurem suam a precibus tuis Necesse est ut non solum pompas
seculi contempnas Sed et carnem ipsam castiges et subi
cias servituti Nam qui dixit Nisi quis renunciaverit
omnibus que possidet non potest esse meus discipulus
Idem ipse alio in loco ait Qui vult venire post me
abneget semet ipsum et tollat crucem suam et sequatur
me Et exponens apostolus quicunque inquit sunt christi
carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis Duas
igitur alas habeat oracio nostra Contemptum mundi et af
flictionem carnis Nec dubium quin celos penetret
et dirigatur sicut incensum in conspectu dei Erit enim
iugiter sacrificium et acceptabilis oblacio nostra in qua
cum auro et thure fuerit eciam mirra que licet ama
ra sit tamen perutilis est Et conservat corpus quod mor
tuum est propter peccatum ne defluens in vicium putre
fiat Hec breviter pro misticanda magorum oblacione
sint dicta Ceterum quoniam apparicione hac esse dixi
mus Quid in ea appareat dignum est ut queramus
utique secundum verba apostoli Apparuit benignitas et humani
tas salvatoris nostri dei Ecce enim in evangelica lec
cione audivimus Et intrantes domum magi inve
nerunt puerum cum maria matre eius In infantili cor
pore quod virginali fovebat in gremio Quid nisi ve
ritas suscepte carnis apparuit Et in eo quod par
vulus cum matre invenitur nisi verus homo et
verus filius hominis declaratur. Jam vero et in secun
da apparicione vide si non manifeste paterne vocis
testimonio filius dei apparebat Sane equidem ma
nifestum est ex hoc ipso et indubitabile Quoniam
dei filium necesse est esse deum Nam et filios hominum
homines et pecorum quoque fetus animalium ex eodem cum eis
genere esse nemo qui dubitat Verumtamen ut
nullus sacrilego errori remaneat locus Qui in
prima apparicione verus homo et filius hominis est
declaratus In secunda verus dei filius In tercia ve
rus deus et auctor nature probatur ad cuius nutum
natura mutatur Nos ergo dilectissimi christum ihesum di
ligamus ut verum hominem et fratrem nostrum honoremus
ut dei filium adoremus ut deum secure credamus
in eum secure ei credamus nos ipsos fratres mei Cui
nec potestas deest salvandi nos cum sit deus verus

et dei filius Nec bona voluntas cum sit tamquam unus ex nobis
verus homo et filius hominis Jam si desideratis super hiis ap
paricionibus aliquid ad edificacionem morum audire Illud
attendite quod primo omnium christus apparet puer cum virgine ma
tre ut simplicitatem et verecundiam ante omnia doceat no
bis esse querendam Nam et puerilis simplicitas est na
turalis Et cognata virginibus verecundia est omnibus
igitur in conversacionis inicio nulla magis virtus est neces
saria quam simplicitas humilis et gravitas verecunda.
Ideo salvator ad aquas babtismi constitutus omnem
iusticiam dixit esse humilitatem Cum inclinavit sub bab
tiste manibus caput tremendum potestatibus et principa
tibus adorandum Quid mirum si babtista contremuit
et non audet tangere sed excusat se dicens Ego debeo
a te babtisari et tu venis ad me Cui dominus respondit
Sine modo Sic enim decet nos implere omnem iusti
ciam id est omnem humilitatem Est autem iusticia quedam
stricta et angusta valde ita ut quam cito pedem
verteris in peccati foveam cadis Nec preponere se
equali Nec equare se prelato Huius diffinicio est red
dere unicuique quod suum est Altera iusticia est ampli
or et lacior Nec equare se pari nec inferiori se pre
ponere Sicut enim gravis superbia est preponere se
equali aut equare prelato Ita magne humilitatis
est inferiorem se exhibere equali aut equalem infe
riori Maxima et plena iusticia est inferiorem
exhibere se eciam ipsi inferiori Sicut enim summa et
intollerabilis est superbia superiori se preponere ita infe
riori se subdere est summa humilitas et plena iusti
cia Et iohannes ait Ego a te debeo babtisari de
prima fuit quia superiori se subdidit Et autem christus fecit
de plena iusticia fecit quia inferiori se subdidit
et servuli sui manibus se inclinavit Videat unus
quisque quem imitetur Studeamus et nos obsecro fratres
adimplere omnem iusticiam Ipsa est via per quam ad le
ticiam venitur Quia omnis qui se hic humiliat ibi ex
altabitur Nam leticia premium est iusticia vero meritum
et maticia ve autem hiis qui pertransgrediuntur viam qui re
licta iusticia vanam et transsitoriam leticiam querunt
Sicut enim ignis deficientibus lignis deficit Sic deficien
te mundo transsitoria leticia evanescit Beati ergo sunt
qui hic lugent quia ibi consolabuntur Unde et salvator iam
xxx annorum ad aquas yordanis venit non lavandus
sed magis aperte testimonium accepturus Hee sunt lacrime
devocionis in quibus non indulgencia peccatorum sed bene pla
citum queritur dei patris cum descendit in nos spiritus adop
cionis filiorum testimonium perhibens spiritui nostro quod sumus filii
dei Nec parum distat inter has lacrimas devocionis
etatis utique iam virilis Atque eas quas primeva etas
inter infancie vagitus emisit lacrimas utique peni
tencie et confessionis. Verumtamen longe amplius utrisque
precellunt alie quedam lacrime Quibus et infunditur
sapor vini Illas enim lacrimas vere in vinum mutari di
xerim Que fraterne compassionis affectu in fervore
prodeunt caritatis pro qua eciam ad horam tuis ipsius in
memor esse sobria quadam ebrietate videris Ad laudem
et gloriam sponsi ecclesie domini nostri ihesu christi Qui est benedictus.

Sermo beati bernardi prima dominica post octavam Epyphanie

In leccione sancti evangelii hodie fratres audivimus
Quia dominus noster invitatus ad nupcias. Faciamus ergo quod
alibi monet Et studeamus similes esse hominibus
expectantibus dominum suum quando revertatur a nupciis
Nam teneri carucam in agro vendenti aliquid vel emen
ti in foro non dicamus quid expectas Neque enim simi
les sunt expectantibus Ei vero que videmus ante ja
nuam stare pulsare crebrius sepius ad fenestras

1

suspiri

suspice nichil miru si dr quid expectas Illi g° sut simi
les expectantibus Qui no surda aure audierut va
cate et videte qm ego su deus veniet dns expectati
bus eu in veritate Qualis fuit qui dixit Expectans
expectaui dnm veniet tamq reutens a nupcijs in
ebriatus vino caritatis z immemor iniquitatu nraz
veniet no expectatibus tamq reutens a nupcijs tamq
potens crapulatus a vino ve ebrius z i memor mise
racionu suaz Tuc em taqua ad illos obliuisset in
sereri deus hoc modo no tu de nuptibus nupcijs qua p
coz occasione dicta sut Jam vo sequamur vna cu
discipulis dnm ad nupcias eutem vt videntes q fac
turus est pariter credamus in illu .. Deficiente vino
dixit mater ihu ad eu fili vinu no habent Compassa
est em coz verecudie sicut micors sicut benignis
sima Quid de fonte pietatis pcederet nisi pietas
Nonne qui pomu in manu sua tenuit dimidia die
reliqua diei parte pomi suabit odore Quid g° mi
ru si pietate exhibent viscera pietatis in quibus
nouem menssibus vtus pietatis requieuit Na ante
mente eius repleuit qua ventre et cu pcessit ex
vtero ab aio no recessit Durior forte z austeior
videri posset responssio dni sed nouerat ille cui
loquetur Et quis loquetur illa no ignorabat Deniq
ut scias quodo responssu ipm accepit aut quatu
de filij benignitate psupserit dicit ministris Quodcuq
precepit vobis facite .. Erat aute ibi lapidee ydrie
sex posite has nunc ydrias purificadis veris iudeis
no litera s spu necesse habemus apponere vel magis
appositas demirare Quia em no du pvenit eccle
sia ad pfecta purificacoim qm sibi xpus ea exhibe
bit gloiosam no habentem macula vel ruga vel
aliquid huius modi multis interim purificaconibus
opus habet Quatenus sicut habudat pcca habu
det z indulgentia sicut multiplicatur miseria sic
et mia Nisi q no sicut delictu sic z donu Gra eni
no solu peccata lauat s et mita donat. Sex igitur
ydrie posite sut his qui post babtismu in peccata
labutur de his em loquimur quia de his sumus Exuimus
tunica veterem s heu peius reinduimus ea Lauimus
pedes nros s peius inquinauimus eos Sicut g° q alius
inquinauerat lauit alius sic inquinatos a nobis
lauari opus est z a nobis Aliena lauit aqua quos
culpa inquinauerat aliena Nec tamen sic aliena
dixerim ut nege et nram alioqn nec inquinaret
Sz aliena est quia in adam omes nescientes pecca
uimus Nostra qz z si in alio nos tamen peccauimus. et
nobis iusto dei iudicio imputabitur licet occulto.
Vez tamen ut iam no sit q causeris o homo Contra
inobediencia ade datur tibi obediencia xpi vt
si gratis venundatus es gratis ecia redimaris Ab
vno hoie in te manauit macula qua inquinatus
es A xpi late manauit aqua qua mudatus es.
Nunc iam inquinatus culpa ppa Etia ppa aqua mu
daberis ab illo tamen et p illu qui solus est pur
gacione faciens peccatoz. Prima igitur ydria z pma
purgacio in conpuccione est de qua legimus q in qua
cuqz hora ingemuerit peccator omn iniquitatu
eius no recordabor Secuda vero confessio est Oia
siquide in confessione lauatur Tercia largicio helemo
sinaz hic em habes in euagelio date helemosinaz
et oia munda sut vobis Quarta Remissio iniuriaz
Sedm q orates dicimus dimitte nobis debita nra
sicut z nos dimitimus Quinta est aflictio corporis vn
vn orantes dicimus audi p abstinencia deo canamus glam
Sexta est obediencia preceptoz sicut audierut apli q vti
nam audire mereamur z nos Ja vos mudi estis pter
smone que locutus su vobis. hec sut ydrie posite in
purificacoz nram que vacue sut z plene vento si pma
in gloia obsuatur Aqua repletur si timore dei cus
todiatur Quoniam timor dni fons vite Aqua em est
timor dni z si minus sapida s optime refrigerans aiaz
noxijs desiderijs estuate Aqua est que iacula inimici
ignita possit extinguere Na nec illud dissonat q Aqua
semp yma petit et timor ad yma cogitacoim deducit
et in i ferioribus moratur atqz horreda loca pauida mete
colustrat iuxta illud vadam ad portas inferi Sed di
uina utute aqua mutatur in vinu qm pfecta caritas
foras mitit timore dicuntur ante lapidee ydrie non
tantu pt duricia qua pt stabilitate. Capietes
singule metretas binas vl ternas Due metrete
duplex timor ne forte trudi in gehenam ne forte
ab etna vita contingat excludi Sz quia de contingenti
futuro sut ista z blandiri sibi potest aia dices post
qua aliquadiu in voluptatibus tuis vixeris ages
penitencia et nec istam carebis nec phibis in illa
Bonu est adhiberi et terciu qui vtiqz spualibus notus
est eo vtilior quo de psenti est Si quide forti cibo
egent qui manu miserut ad fortia vinat de paleis
egypti qui deseruiut in opibus luti z lateris nobis
forcior cibus est necessarius qm grandis nobis re
stat via ut ambulemus in fortitudine cibi illius.
Ipe est panis angeloz panis viuus panis cotidia
nus hic est de quo nobis pmissu est Quia cetuplu
accipiemus in hoc seculo Sicut em mercenarijs
et cibus cotidianus datur in ope z merces suatur
in fine Sic dns vita etna in fine reddet z interi
centuplu repmittit z exibet Quid g° miru si timet
ne pdat hac graciam qui iam consecutus est ea hec
est metreta tercia qua sub dismucione signater posuit
eo q no omi sit quia nec omnibus centuplu repmisse
s solis qui oia reliqrut .. Inopibus dni fres et mi
nus capaces aios exterior consideracio pascit et qui
magis exercitatos habet senssus solidiore intus cibu
inuenirit Sut em et exteriori specie delectabilia
et interiori utute multo delectabiliora No sic apud
patres veteris testameti reperies Na in opibus
coz decora z delectabilis est significacio mistica
ipa tamen si p se considerentur inuenietur aliqn mi
nus digna ut sut facta Jacob adulteriu dauid et
multa similia Audistis g° hodie miraculu factum
in nupcijs cicius vtiqz signoz dni Cuius z historia est
satis amirabilis z significaco amplius delectabi
lis Magnu em diuine maiestatis indiciu fuit ad
nutu dni aqua in vinu converti Sz est alia multo
melior mutaco dextere excelssi qua in ista pfi
guravit Omes em nos ad spuales nupcias voca
ti sumus in quibus vtiqz sponssus est xpus dns vn
canimus in psalmo et ipe tamq sponssus pcedens
de talamo suo Sponssa vo nos ipi sumus Si no vo
bis videbitur incredibile et omes simul vna spo
sa z aie singuloz quasi singule sponsse Sz qm hoc
sentire poterit fragilitas nostra de deo suo q
eo affectu nos diligat quo diligitur sponssa
a sponsso Multu em hec sponssa a sponsso suo in
ferior genere inferior specie inferior dignitate
Ac tamen pter ethiopissam istam de longinquo filius

eterni regis aduenit Et ut sibi desponsaret illa eciam
mori pro illa non timuit Moyses quidem ethiopissam duxit
uxorem sed non potuit ethiopisse mutare colorem Christus
vero quam adamauit ignobilem et fedam gloriosam sibi exhi
buit ecclesiam non habentem maculam neque rugam Quid mur-
muret aaron et maria non noua sed vetus non mirum
dum que erat solicita ne quid de esset in nupcijs Vos
autem ut dignum est ministrantibus sacerdotibus et synagoga
toto affectu in graciarum actione versemini Unde enim
tibi hoc o humana anima ut sit sponsus tuus in quem
desiderant angeli prospicere cuius pulcritudinem sol et lu
na mirantur Quid retribues domino pro omnibus que retri
buit tibi ut sis socia mense socia regni socia deni
que thalami ut introducat te rex in cubiculum suum
Quam de latere suo te formauit quando pro te obdormiuit
in cruce propter te adeo patrem exiuit et matrem synago
gam dereliquit ut adherens ei unus cum eo spiritus effi
ciaris Et tu ergo audi filia et vide et obliuiscere
populum tuum et domum patris tui desere carnales affec
tus seculares mores disce abstinere a prioribus
vicijs consuetudines noxias obliuiscere Iam enim des
ponsata es illi iam nupciarum cena in celo paratur Sed
numquid ibi vinum deficiet Absit hic enim sepe vi
num deficit id est gracia deuocionis et feruor caritatis
Quociens in necesse est fratres post lacrimosas quin
monias vias Exorare misericordiam ut suggerat suo
benignissimo filio quia vinum non habetis Sed quid non
moueat quod in nupcijs illis responderit dominus Sciscie
matri sue dicens Quid mihi et tibi est mulier quantum
ponemus modum Sed manifeste iam video quod non velud
indignans aut confundere volens virginis matris tene
ram verecundiam dixeris Quid mihi et tibi Cum venienti
bus ad te iuxta matris precepta ministris nichil cunc
tatus facias quod illa suggessit Ut quid ergo fratres sic
respondeat nisi utique propter nos ut conuersos ad domi
num iam non sollicitet carnalium cura parentum Et neces
situdines ille non impediant exercitium spirituale postquam
quam enim relinquimus nos met ipsos multo magis
ab eorum sollicitudine liberi sumus In legimus fratrem
quendam in heremo conuersante Cum ad eum carnalis
frater auxilij gracia aduenisset Respondit ut iret
ad alterum quia ille utique iam obiisset mirante illo
se quod mortuum esse respondit Optime ergo nos
docuit dominus ne solliciti simus super propinquis carnis
nostre plusquam religio postulet quando ipsi matri
et tali matri respondit quid michi et tibi est
mulier Sic et in alio loco cum diceret ei quidam Ecce
ecce mater tua et fratres tui foris stant Respondit que est
mater mea et fratres mei Ubi modo sunt qui tam
carnaliter et inaniter super carnalibus propinquis suis
solent esse solliciti hac si adhuc viueret et ipsi
cum eis Sed videamus iam quid sequitur Erant autem
ewangelista ydrie sex posite secundum purificationem
iudeorum Vel ex hoc potes manifestius aduertere
non plenitudine sed preparacione nupciarum esse ubi
minium adhuc opus est purificatione desponsacionis
ergo iste nupcie sunt non copulacionis Absit enim
in illis nupcijs fore vasa purificationis quando gloriosa
sibi christus exhibebit ecclesiam non habentem maculam
neque rugam ubi enim non erit macula que puri
ficacio erit necessaria Nunc utique purificandi tempus
est quando nemo mundus a sorde nec infans cuius est
vita unius diei super terram Queramus ergo sex ydrias
in quibus hec purificacio iudeorum id est confitencium
fiat Nam si dixerimus quia peccatum non habemus nos
ipsos seducimus Econtra si confiteamur peccata nostra non de
erunt veris iudeis purificationis ydrie quando fidelis
est deus qui dimittat nobis peccata et emundet
nos ab omni iniquitate Ego quidem sex ydrias

sex obseruancias arbitror esse Quas ad purificanda con
tencium corda sancti patres instituerunt Prima siquidem
ydria est Continencia castitatis qua diluitur quid
quid ante luxuria inquinauit Secunda est ieiunium ut quidquid ma
culauerat crapula mox abstinencia mundet Tercia est
labor manuum ut quidquid per ociositatem que est inimica anime
multas sordes contraximus in sudore multo abluamus
Quarta est vigiliarum obseruancia ut quidquid per sompnolenciam
multa deliquimus media nocte surgentes ad confitendum
domino abluamus Quinta ydria est Silencium ut quidquid
lingua nostra per vaniloquia et mendacia per vaniloquia
licie detractacione inquinati sumus per hijs omnibus cum silencio
abluamus Sexta ydria est disciplina qua non nostro ar
bitrio sed alieno viuimus ut deleatur quod quod in indiscipli
nate viuendo deliquimus Lapidea sunt hec dura sunt
sed necesse habemus in hijs lauari Ac tamen meo quidem dicitur
lapidee non solum duricia sed multo melius soliditas
potest intelligi quia non lauat hec nisi firma stabilitate
perm ansermit Ait ergo dominus ad ministros implete ydrias aqua
Quid sibi vult istud domine ministri solliciti sunt de vini
penuria et tu dicis implete ydrias aqua Sic omnino
sic suspiranti Iacob ad Rachelis amplexus Lya apre
supponitur Nobis fratres qui ministri sumus precipitur imple
te ydrias aqua quociens deest vinum Ac si dicatur
Illi deuocionem desiderant vinum requirunt feruorem flagi
tant sed non dum venit hora mea implete ydrias aqua
Que est ista aqua Sapiencie salutaris et si non adeo suauis
ubi fons vite et inicium sapiencie timor domini dicitur ergo mi
stris incutite metum et spiritum timoris non tam vasa quam
corda replete Quia ut ad caritatem perueniat iniciandi
sunt a timore ut dicant et ipsi A timore tuo domine concepimus
et parturiuimus spiritum salutis Sed quomodo implebuntur ydrie
predixerat enim ewangelista capientes singule metretas
binas uel ternas Que sunt due metrete que vel terna
binas utique duplex timor primus ne cruciemur in gehenna Secundus ne
excludamur a visione dei Tercius ne deseramur a gracia dei
ut sibi delictis homo labatur cotidie de malo in peius Nam
ad iussus timorem istum non est in sibi blandiatur anima sine
de minori quantitate peccati sine de emendacione futura
talibus enim blandimentis impeditur aliquis domino prima ge
talibus enim blandimentis impedimus ut obserue
nerit timoris Iubemur ergo implere ydrias aqua ut obserue
tur mandata domini in timore Que tunc mutatur in vinum
cum timorem expellit caritate et implent omnia feruore
spiritus et iocunda deuocione ad laudem sponsi ecclesie Qui est benedictus

Sermo beati Bernardi de Conuersione Sancti pauli apostoli

Merito quidem dilectissimi Conuersio doctoris
gencium ab vniuersitate gencium festiuis hodie
gaudijs celebratur Multos enim ab hac radi
ce ramos prodisse videmus Conuersus paulus
conuersionis minister factus est vniuerso mundo Et
multos quidem predicacionis officio conuertit ad dominum Nunc
sed felicius in ipso viuens adhuc non cessat ab homi
conuersione dico autem exemplo oracione et doctrina propterea
deinque conuersionis eius memoria frequentatur Quia et ipsa
memoratibus utilis inuenitur In hac enim memoria
et peccator spem venie concipit ut prouocetur ad penitenciam
tenciam Et qui iam penitet perfecte conuersionis accipit
formam Quis vltra desperet pro magnitudine cuius
libet criminis cum quidem Saulum audiat adhuc spirantem
minarum et cedis in discipulos domini subito factum vas
eleccionis Quis dicat iniquitatis pondere pressus a sur
gere iam ad studia meliora non valeo quando in ipso iti
nere quo sanguinem sitiens christianum dirum toto pectore
virus persecutor crudelissimus repente mutatus est in pre
dicatorem fidelissimum Magnifice siquidem in hac vna

gressione et nunc magnitudo et efficacia gratie commendatur Subito ait lucas circumfulsit eum lux de celo Que inestimabilis dignacio pietatis illustrat celesti fulgore a foris ita
adhuc luminis incapacem Et vox facta est lucis et vocis
testimonia facta sunt credibilia nimis Sic nimirum et
in iordane super caput domini columba apparuit et vox sonuit
Saule saule quid me persequeris Vere deprehensus est saulus
non est dissimulandi locus non est facultas ulla negandi Innumeris sunt epistole crudelissime legacionis auctoritas execranda potestatis iniqua Quid me persequeris
inquit An non persequebatur christum qui christi membra trucidabat in terris Aut vero persecuti sunt christum qui sacratissimum illud corpus crucis affixere patibulo Et non persequebatur eum qui adversus corpus eius quod est ecclesia
odio furebat in quo denique si ipsum sanguine dedit
in precium redempcionis animarum non tibi videtur graviore
a beo sustinere persecucione Qui suggestione maligni
exemplo pernicioso scandali occasione avertit a beo animas
quas redemit quam a iudeo qui sanguinem illum fudit
Agnoscite dilectissimi et expavescite consorcia eorum qui
salutem impediunt animarum horrendum penitus sacrilegium
quod et ipsorum videtur excedere facinus qui domino maiestatis
manus sacrilegas iniecerunt Videbatur iam cessasse
persecucionis tempus sed uti palam factum est iniqua de est
persecucio christiano sed neque christo Et nunc quod gravius est ipsi christum
persequuntur qui a beo utique christiani dicuntur Amici tui et
proximi tui christe adversum te appropinquaverunt et steterunt
coniurasse videtur contra te universitas populi christiani
a minimo usque ad maximum a planta pedis usque ad verticem
non est sanitas ulla Egressa est iniquitas a iudicibus
vicariis tuis qui videntur regere populum tuum Non est
iam dicere ut populus sic sacerdos quia nec sic populus ut sacerdos heu heu domine deus Quia ipsi sunt in persecucione tua primi qui videntur in ecclesia tua gerere principatum Arcem syon occupaverunt et apprehenderunt
municiones et universam deinceps libere et potestative tradunt incendio civitatem Misera eorum conversacio plebis tue miserabilis subversio est Atque utinam sola hac
parte nocerent Esset forte qui divina premonitus exhortacione daret operam ipsorum non imitari exempla
sed observare precepta Nunc autem dati sunt sacri gradus
in occasione turpis lucri et questum estimant pietatem Copiosissime siquidem inveniuntur esse pietatis
in accipienda animarum cura et de animarum salute novissima cogitacio est An vero salvatori animarum gravior ulla esse poterat persecucio Iniqua agunt et ceteri contra
christum multi quod sunt nostris temporibus antichristi merito
tamen et crudeliorem eam censet persecucionem qui accepit
beneficiis et graviore sentit persecucione qua propriis
sustinet ministris licet alii multi contra preciosorum
salutem multifarie multisque modis et variis occasionibus agere videantur Hec salvator patitur et dissimulat Propterea dissimulemus nos quod necesse est et sileamus
interim maxime quod de prelatis nostris magistris ecclesiarum
Sic nimirum sic placet et ipsis ut evadant nunc humana
iudicia veniat quod semel iudicium grave hiis qui presunt ut potenter paciantur tormenta potentes Vereor
dilectissimi ne quis forte sit et in nobis domini persecutor
Quia manifesta docuit racio impedire salutem esse persequi salvatorem Quas ego de salute anime mee fratri
illi gratias agere possum qui in me primat detractionis sue
venenum merito detractores deo odibiles describuntur
tamquam persecutores Quid et hiis qui exemplo suo ad remissius agendum ceteros provocant Aut singularitate turbant aut inquietant curiositate et murmuracione molestant aut quocumque modo contristant spiritum dei qui in eis est.

scandalisans unum de minimis istis qui credunt in eum Nonne
hic manifeste persequitur christum Ut ergo persecutor et nomen
et crimen longe sit semper a nobis obsecro vos dilectissimi benignos semper et mites exhibeamus nos invicem
supportantes in omni paciencia et ad id quod melius est et
perfectius alter utrum provocantes Quis enim minus sufficere
sibi putat non persequi dominum si non obsequitur Duo denique
si quis sit pusillanimis est ut satis sibi reputet non
persecutorem esse nec coadiutorem dei audiat quod ipse loquatur Qui non est mecum contra me est et qui non colligit
mecum dispargit Saule saule quid me persequeris Et
ille quis es domine Hic profecto datur intelligi quia vere circumfusa erat illa claritas non infusa Audiebat paulus
vocem domini sed faciem domini non videbat qui erudiebatur ad
fidem et ut ipse postea docuit fides ex auditu Quis
es inquit ignotum quidem persequebatur et ideo consecutus
est misericordiam quia ignorans hoc fecit Discite ex hoc fratres
iustum iudicem dominum Non modo quid fiat sed quo animo fiat
considerate Et cavete deinceps ne quis parva reputet qualibet parva scienter delinquere convincatur Nemo dicat in corde suo levia sunt ista non curo corrigere non est magnum si in hiis maneam venialibus parvisque peccatis Hec est enim dilectissimi blasfemia in spiritum sanctum blasfemia irremissibilis paulus quidem blasfemus sed non in spiritum sanctum quia ignorans
fecit Non in spiritum sanctum dixit blasfemiam et ideo consecutus est misericordiam Quis es domine et dominus ad eum Ego sum
ihesus nazarenus quem tu persequeris Ego sum de quo in
lege tua legis predictum quod nescis impletum Quia nazarenus vocabitur Et ille domine quid me vis facere hec
plane fratres perfecte conversionis est forma paratus sum
et non sum turbatus ut custodiam mandata tua domine
quid me vis facere O verbum breve sed plenum sed efficax sed dignum omni accepcione Quam pauci inveniuntur in hac
perfecte obediencie forma Qui suam ita abiecerint
voluntatem et ne ipsum quidem cor proprium habeant ut non quod ipsi
sed quid dominus velit omni hora requirant dicentes sine
intermissione domine quid me vis facere Et illud samuelis
loquere domine quia audit servus tuus Heu plures
habemus illius ceci quam apostoli imitatores Quid vis
ait dominus ad cecum illum ut faciam tibi Quanta est misericordia
tua domine quanta est dignacio tua Siccine dominus quesivit ut faciat servi voluntatem Vere cecus ille quia
non consideravit non expavit non exclamavit absit
hoc domine tu magis dic quid me facere velis videtis
fratres quia vere necessaria erat hoc in loco conversio Sic
profecto sic multorum usque hodie pusillanimitas et perversitas exigit ut ab eis queri oporteat quid vis ut
faciam tibi Non ipsi querant domine quid me vis facere Considerare necesse habet minister et vicarius christi quid sibi precipi velint non ipsi considerant que voluntas sit preceptoris Non est eorum obediencia plena non in omnibus
parati sunt obsequi non preciosa proposuerunt sequi eum
qui non suam sed patris venit facere voluntatem discernunt et diiudicant eligentes in quibus obediant
in pauci huiusmodi itaque et si tollerari videatur ac
more geri infirmitati sue proficiat obsecro prudencia atque semper parvulos invenire Ne quis forte audiat
Quid debui vobis facere et non feci Et abutentibus paciencia
et benignitate prelati fiat eis cumulus iuste dampnacionis Domine quid me vis facere Et dominus ad illum Surge et
ingredere civitatem ibi dicetur tibi quid te oporteat
facere O sapiencia suaviter vere universa disponens Cum
cum tu loquaris erudiendum mittis ad hominem ut socialis vite commendetur utilitas et edoctus per hominem discat
et ipse secundum graciam sibi datam hominibus subvenire
Ingredere civitatem videtis fratres non sine divino

consilio factum esse ut hac monasterii ciuitate ingrede-
remini diuinam discere voluntatem plane qui te salubriter
terruit et cor tuum conuertit ad desideranda sua voluntate ipse
tibi dixit Surge et ingredere ciuitatem Sed audi quam ma-
nifeste in hiis que secuntur voluntaria simplicitas et christia-
na commendetur mansuetudo Apertis oculis nichil videbat
ad manus trahebatur ab hiis qui comitabantur O quam felix ce-
citas qua male quidam illuminati in preuaricacione tandem
in conuersione oculi salubriter excecantur Sane quod triduo paulus
sine cibo manet persistens in oracione Ad eos maxime pertinet
qui nouiter seculo abrenunciantes nec dum in celesti
consolacione respirant Sustineant ergo et ipsi dominum in omni pa-
ciencia orent sine intermissione petentes querentes pul-
santes quia exaudiet eos pater celestis in tempore oportuno Non
obliuiscetur in finem Si triduo sustinueris non habes quod ma-
duces confide quia misericors dominus ieiunum te non dimittet Ex inde
iubetur ananias manus imponere saulo sed tanquam bene
eruditus non continuo acquiescit Vidit ait dominus virum in-
ponentem sibi manus ut visum recipiat Fratres paulus
hoc cum vidisset non continuo illuminatus est Nunquid non ex-
pectauit ananie manum quem venturum eum forte in sop-
nis preuidit Hec dico carissimi quia vereor ne quis forte sit
inter vos qui solo se sompnio presumat illuminatum esse nec
eam paciatur ad manum trahi sed solus se ingerat de
cura aliorum cum nec dum perceptum est ut videat et proui-
deat aliis qui apertis oculis nichil videt Quid hoc
presumere temptat nisi quia meditatur in anima et quasi
vana sompnia sectatur Caueamus ab hoc vicio fratres pro-
pter quod in nobis est abiecti eligamus esse et ad manus tra-
hi Conuersus est hodie paulus immo saulus conuersus est
versus in paulus siquidem factus est tanquam ille par-
uulus de quo dominus ait Nisi conuersi fueritis et efficiamini
sicut paruulus iste non intrabitis in regnum celorum forte
cum se ipsum dicebat Quia ipse erat paruulus qui da-
tus est nobis Ad paruulum igitur conuersio tua ut discas
paruulus esse tu quoque dum conuerteris paruulus fias hoc est
mitis et humilis corde Gemina paruitas humilitas et
mansuetudo Illa interior ista exterior Ceterum mansue-
tudo quam exterior est paruitas et ob hoc est manifestior
et triplex nobis in hac conuersione commendatur Triplici si-
quidem velud ariete mansuetudo nostra pulsatur Verborum
iniuriis dampno rerum corporis lesione In hiis tribus omnis
exhibicio paciencie omnis exercitacio mansuetudinis proba-
ta illa est virtus qua nichil horum videtur conuenire potu-
isse Considerare libet quemadmodum paulus singulis omnibus
in ipsa statim conuersione sua temptatus vel iam paruulus mu-
tatus est in hac parte mitis et paciens Saule saule
quid me persequeris durum est tibi contra stimulum calcitrare
durum equidem verbum increpatorium et plenum comminacione
Sane quod ad corpus pertinuit concussus est et prostratus int-
erim Ac vero et dampno probatus est et valde siquidem
et ipsum ei lumine ablatum est oculorum et apertis oculis ni-
chil videbat et tamen hec omnia in magna mansuetu-
dine sufferebat Ut pudeat eos qui conuersi esse debue-
rant vel in dampno rerum vel in verborum iniuriis inueniri
peruersos penitus et aduersos cum tamen humilitate et
mansuetudine discere debent a domino ihesu christo Cui est honor

Sermo beati Bernardi de purificacione sancte marie virginis

Hodie templi dominum in templum domini virgo
mater inducit Joseph quoque sistit domino non
suum sed eius filium dilectum in quo ei bene
complacuit Agnoscit iustus quem exspecta-
bat Anna quoque vidua confitetur Ab hiis quatuor
primo hodierna processio celebrata est que postmodum
exultacione vniuerse terre in omni loco et ab omni gente
celebraretur Nec sane mirum si tunc fuit parua quia
quidem paruus erat qui suscipiebatur Nullum ibi locum
peccator habuit omnes iusti omnes sancti omnes fuerunt
perfecti Sed nunquid hos tantum saluabis domine Crescat corpus
crescat et in spacio homines et iumenta saluabis domine quemadmodum
multiplicasti misericordiam tuam deus In secunda iam processione precunt
turbe et turbe secuntur nec virgo portat sed asellus Neminem
itaque dedignatur nec ipsos quidem qui computruerunt tanquam iumenta
in stercore suo Non dedignatur inquam sed si apostolorum vestime-
ta non desint si doctrina eorum si morum iusticia si obedien-
cia si caritas cooperiat multitudinem peccatorum ex hoc iam pro-
cessionis sue gloria non censebit indignos Magis vero
et ipsam que tam paucis collata videtur nobis quoque ab
ipso est reseruata Cum ni reseruaret posteris quam et p-
rogauit antiquis Dauid rex et propheta exultauit ut
videret diem istum vidit et gauisus est Alioquin si non vi-
derat vnde psallebat Suscepimus inquit deus misericordiam tuam
in medio templi tui Suscepit hanc misericordiam dominus Dauid
suscepit symeon suscepimus et nos et quicunque sunt pre-
ordinati ad vitam Siquidem christus heri hodie et in secula
In medio enim templi misericordia est non in angulo aut di-
uersorio quia non est personarum accepcio apud deum In medium
positum offertur omnibus et nemo illius expers nisi qui
renuit Quin tuus est non videbit mortem donec vi-
derit christum domini ut securus dimittatur in pace Quid
ni dimittatur in pace qui christum habet in pectore Ipse est
enim pax nostra qui per fidem habitat in cordibus nostris
Tu quomodo exibis anima misera hinc que ducem itineris
illum ignoras Ignorancia enim dei quidam habent vnde
hoc Nempe quia lux venit in mundum et dilexerunt
homines magis tenebras quam lucem Et lux inquit in
tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt Ac si di-
cat et in plateis diuiduntur aque et alienus non bibit
ex eis Et misericordia in medio templi est nec tamen accedunt
quos manet eterna dampnacio Quid dicimus verum stat o
miseri que vos nescitis ut morientes ante quam vi-
deritis christum domini et non in pace dimittamini sed pocius
rapiamini a rugientibus preparatis ad escam Eramus enim et
nos natura filii ire sed consecuti sumus misericordiam Cum filii ire
filii et qua misericordiam consecuti sumus Nempe filii ignorancie
ignauie et captiuitatis Et consecuti sumus sapienciam vir-
tutem et redempcionem Quorum si iam salui sumus ab hac triplici
ira per christum qui factus est nobis sapiencia a deo patre iusti-
cia et sanctificacio et redempcio Quanta nobis vigilancia
opus est dilectissimi ne forte quod absit inueniatur
nouissima nostra peiora prioribus si demo contingat iterum
incidere ut pote qui non natura iam sed propria voluntate
filii ire simus Amplectamur itaque misericordiam quam in medio
templi suscepimus et cum beata anna non discedamus a
templo Templum enim domini sanctum est quod estis vos ait
apostolus denique in cordibus vestris per fidem habitat christus
Hoc templum eius et hec sedes eius Nisi forte excidit
vobis quod anima iusti sedes est sapiencie Quorum ergo frequenter
cupio admonere fratres meos obsecro et nunc Non ambu-
lemus in carne ne displiceamus deo Non simus amici huius
seculi ne dei constituamur inimici Resistamus quoque diabo-
lo et fugiet a nobis ut libere iam ambulemus in spiritu et
in corde sit conuersacio nostra Siquidem et corpus quod corrumpitur
aggrauat animam et terrena inhabitacio sensum multa
cogitantem deprimit ut ad celestia non assurgat vnde et
sapiencia huius mundi stulticia est apud deum Porro in corde
suscipitur misericordia in corde habitat christus in corde loquitur
pacem in plebem suam et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur
ad cor Gracias redemptori nostro qui tam copiose pre-
uenit nos in benediccionibus dulcedinis Sacratissime
tis infancie sue gaudia nostra multiplicas Celebra-

tis siquidem paulo ante natiuitate circumcisione apparicione
eius. festus hodie nobis oblacionis ipius dies illuxit
Hodie namque placabilis et deo placens hostia virgineis
manibus offertur in templo portatur a parentibus a senio
ribus expectatur. Offerunt yoseph et maria sacrificium matu
tinum Symeon et anna suscipiunt. Ab hiis quatuor celebra
ta processio est que per quatuor orbis clymata solempnibus
hodie gaudiis ad memoriam reuocatur. Quia igitur festi
ua hodie et nos ipi acturi sumus processione Non inutile
arbitror modum ipius et ordinem diligencius intueri
Processuri sumus bini et bini candelas habentes in mani
bus ipas quidem succensas nec quolibet igne sed qui prius in
ecclesia sacerdotali benediccione fuerit consecratus Ad hoc fu
turi sunt in processione nostra nouissimi primi et primi nouissi
et cantabimus in viis domini quoniam magna est gloria domini Me
rito sane bini et bini procedimus Sic enim ob commendacionem
fraterne caritatis et socialis vite missos a saluatore discipulos
euangelia sacra testantur. Turbat processionem si quis solita
rius incedere curat Nec sibi soli nocet sed eciam ceteris
est molestus hii sunt qui segregant se ipos animales spiritum non
habentes nec soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo
pacis Iam vero sicut non est bonum esse hominem solum sic in
conspectu domini vacuum apparere prohibitum est Cum enim argua
tur ociositatis ipi quoque quos nemo conduxit qui iam
conducti sunt si ociosi inventi fuerint quid merebuntur Fides
quippe sine operibus mortua est Ipa denique opera nostra
in feruore agenda sunt et in desiderio cordis ut sint luce
ne ardentes in manibus nostris Alioquin timendum est ne for
te tepidos nos euomere incipiat Qui in euangelio
loquitur dicens Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi
ut ardeat hic plane sacer et benedictus est ignis quem
pater sanctificauit et misit in mundum. Habet enim et aduersa
rius noster ut potentissimus diuinorum operum emulator ignem
suum et ipe Ignem concupiscencie carnalis Ignem inuidie et
ambicionis quem saluator in nobis non accendere sed extin
guere venit denique si quis huc alienum ignem in domino of
ferre presumpserit sacrificio et si patrem habeat aaron morie
tur in iniquitate sua porro super hec omnia humilitatis vir
tus est necessaria ut honore preueniamus inuicem ne mo
do priores sed ipos minores sibi quisque preponat quem
minorum humilitatis perfeccio est et iusticie plenitudo In qui
bus omnibus si quis forsitan proficere dissimulat et proficisci
deuitet in virtute nouerit quoniam quisquis huiusmodi est in sta
tione non in processione se esse immo vero et in regressio
ne quoniam in via vite non progredi regredi est Cum
nichil in eodem statu permaneat porro profectus noster in
eo consistit ut sepius me dixisse memini ut nunquam arbi
tremur nos apprehendisse sed semper extendamur in ante
riora conemur incessanter in melius et in profectu nostrum
diuine misericordie obtutibus iugiter exponamus. Nam hodie
celebramus purificacionem beate marie semper virginis Que
secundum legem moysi facta est transactis a natiuitate
domini xl diebus In lege enim scriptum erat ut mulier
que suscepto semine peperisset filium inmunda septem
diebus octauo circumcideret puerum deinceps ablucioni
et purificacioni intenta abstineret ab ingressu te
mpli xxxiii diebus Quibus expletis offerret filium domino
cum muneribus Sed quis non aduertat in ipo sentencie huius
inicio liberam matrem domini ab hoc precepto putas enim
quod dicturus moyses mulierem que peperisset filium inmun
dam esse non timuerit super matre domini blasfemie
crimen incurrere et idcirco premisit suscepto semine
Alioquin nisi pariturum preuidisset sine semine virginem
Que necessitas erat de suscepto semine fieri mencionem
patet itaque quod lex ista matrem domini non includit Que
non suscepto semine filium peperit Sicut predictum fuerat
per ieremiam quia nouum faciet dominus super terram Quis quo
niam mulier inquit circumdabit virum non ab altero viro
virum suscipiet non humana lege concipiet hominem sed
intra viscera intacta integra virum claudet Ita sane
ut intrante et exeunte domino iuxta alium prophetam porta
orientalis clausa iugiter perseueret putas ergo non
poterat moueri animus eius et dicere Quid michi opus
est purificacione Cur abstineam ab ingressu templi
Cur non ingrediar templum que peperi dominum templi
Nichil in hoc conceptu nichil in partu impurum fuit ni
chil purgandum nimirum cum proles ista fons puritatis sit
et purgacionem venit facere delictorum Quid in me legalis
purificet obseruacio que purissima facta sum ipo partu in
maculato Vere o beata virgo vere non habes causam nec ti
bi opus est purificacione sed nunquid filio tuo opus erat cir
cumcisione Esto inter mulieres tamquam vna earum nam
et filius tuus est in numero puerorum Circumcidi voluit et
multo magis velit offerri Offer filium virgo sacra et
benedictum fructum ventris tui domino representa offer
ad nostram omnium reconciliacionem hostiam sanctam deo placentem
omnino acceptabit deus pater oblacionem nouam et preciosissimam
hostiam de qua ipe ait hic est filius meus dilectus in quo
michi bene complacui Sed oblacio ista fratres satis delicata
videtur vbi tantum sistitur domino redimitur auibus et illico
reportatur Veniet tempus quando non offeretur in templo nec inter
brachia symeonis sed extra ciuitatem inter brachia crucis
veniet quando non redimetur alieno sed redimet alios san
guine proprio Illud enim erit sacrificium vespertinum istud est
matutinum Istud enim iocundius sed illud plenius De utro
que tamen potes accipere quod propheta predixit Oblatus est
quia ipe voluit Nam et modo oblatus est non quia
opus habuit Non quia sub legis edicto fuit sed quia vo
luit Et in cruce similiter oblatus est non quia iudeus preua
luit non quia ipe meruit sed quia voluit Sed quid nos fratres
offerimus aut quid retribuemus ei pro omnibus que retribuit
nobis Ille pro nobis se ipm obtulit Et nos ergo nosmet
ipos ei offeramus Quis michi tribuat ut oblacionem meam
dignetur maiestas tanta suscipere Duo minuta habeo
domine corpus et animam vtinam hec tibi perfecte possim
in sacrificium laudis offerre Bonum enim michi longe quam
gloriosius atque vtilius est ut tibi magis offerar quam
deserar michi ipi fratres mortuo domino iudeus mortuas
hostias offerebat Sed iam viuo ego dicit dominus Nolo
mortem peccatoris sed magis ut conuertatur et viuat Non vult
dominus mortem meam et non libenter offero illi vitam meam
Hec est enim placabilis deo hostia viua Sed in obla
tione illa tres fuisse leguntur Et in hac quoque tria a
domino requiruntur Fuit in hac oblacione yoseph fuit
virgo mater et puer ihesus qui offerebatur Sit
ergo in oblacione nostra constancia virilis sit contine
cia carnis sit consciencia humilis et simplicitas pue
rilis exemplo pueri ihesu Qui est super omnia benedictus in secula

Sermo Sancti Bernardi In dominica Septuagesima..

Magna michi consolacio est fratres mei in verbo
illo domini Qui ex deo est verba dei audit
Propterea enim vos libenter auditis quia ex deo
estis Nec ignoro quod in alio loco dicit scriptura
Ex ipo et per ipm et in ipo sunt omnia Sed multo aliter sunt
ex deo qui secundum beati Iohannis euangelium Non ex vo
luntate carnis nati sunt sed ex deo Et omnis qui natus
est ex deo non peccat id est non perseuerat non permanet
in peccato quia generacio celestis conseruat illum
ut perire non possit Siue non peccat id est tantun
dem est ac si non peccet pro eo quod non imputatur ei.

pecatu Generacio enim celestis eciam in parte consonat eum sed
generacionem istam quis enarrabit quis potest dicere
ego de electis sum ego de predestinatis ad vitam ego de numero
filiorum quis in qua dicere potest reclamante nimirum scriptu
ra Nescit homo si sit dignus amore an odio Certitudinem utique
quam non habemus sed spei fiducia consolatur nos ne dubietatis
huius anxietate penitus cruciemur propter hoc data sunt signa
quedam et indicia manifesta salutis propter hoc in qua quos
prescivit deus et predestinavit conformes fieri ymaginis filii
sui ut quibus certitudinem negat causa sollicitudinis vel
fiducia prestet gratiam consolacionis hoc enim est in semper soli
citi in timore et tremore humiliemur nostram est sub poten
ti manu dei Cum quales simus nosse possimus vel ex par
te quales autem futuri simus id nosse penitus nobis impo
sibile est Itaque qui stat videat ne cadat et in ea forma
que salutis indicium est et argumentum predestinacionis
perseveret atque proficiat porro inter ea que fiduciam pres
tant et materiam spei unum illud est maximum de quo
nunc cepimus loqui Quam ex deo est verba dei audit Non
nullos enim sit inter deum audientes invenies ac si nichil
ad eos pertineat que dicuntur Magis autem si forte dei
sermo adversus vicia illa processit quibus sese illi sen
ciunt obligatos dissimulant et avertunt oculos cordis
aut qualibet ad invectionem paliant vicia et seducunt
ipsi semet ipsos In hiis ego signa salutis non video
In vobis fratres gracias deo video in verbo audiendi fructum
propterea sepius loquor vobis contra consuetudinem ordinis
nostri Scio enim quis dixit si quid supererogaveris ego
rediens reddam tibi Inicium septuagesime fratres hodie
celebratur Cuius nomen in universa ecclesia celebre satis
habetur Jam vero dico vobis carissimi quia plurimum in
hoc nomine conpacior michi ipsi suspirans ad illam patriam
in qua nec numerus est nec mensura nec pondus Quanti mer
cenarii in domo patris mei habundant panibus et ego hic
fame pereo Nam de corporali cibo ad adam dictum est
et pervenit usque ad me in sudore vultus tui vesce
ris pane tuo Sed et cum laborando panis mihi datur impo
dere et potus in mensura et pulmenta in numero Et de cor
porali quidem sit Quid vero de spirituali utique pennis qua
comedam suspiro Atque utinam cum suspirando vel fle
vero vel fragmentum exiguum merear de celesti convi
vio et tamquam catellus edam de micis que cadunt de men
sa dominorum O ierusalem civitas regis magni qui ex adipe
frumenti saciat te et qua flumen impetus letificat
Inter nec pondus nec mensura sed sacietas est summa Sed nec
habes numerum quippe cuius participacio eius in id ipsum Ego
vero qui totus sum in vicissitudine et numero quando veniam ad illam
quam requiro Quando saciabor cum apparuerit gloria tua
Quando inebriabor ab ubertate domus tue Nunc enim tam
exigua sunt stillicidia stillancia super terram ut nec glu
tire quidem possim salivam meam Sed veniet dies quando
hec omnia cessabunt et dabitur merces super mensuram
congitata et super effluentem Sed quando veniet ista perfec
to in fine presentis septuagesime quod est tempus captivi
tatis nostre Sic enim legimus quod captivi babilonis filii israel
terminum acceperunt annorum septuaginta Quibus transactis
redierunt in sua tunc instauratum est templum et civitas
reedificata At vero captivitas nostra fratres quando finietur
que tot annis ab inicio utique mundi protenditur Quando li
berabimur a servitute ista quando restaurabitur ierusalem civi
tas sancta Utique completa hac septuagesima que ex dena
rio et septenario constat propter decem mandata que accepimus
et septem impedimenta quibus a mandatorum obediencia
retardamur Primum enim impedimentum nostrum et occupacio
grauis ipsa est necessitas huius miseri corporis quod dum
modo sopnum modo cibum modo vestem cetera que simi
lia querit haud dubium quando frequenter impediat
nos ab exercicio spirituali Secundo loco impediunt vicia

cordis ut est levitas suspicio inpaciencie aut invidie motus
laudis apetitus et similia que cotidie experimur in nobis
Tercium et quartum impedimentum accipe prosperitatem et adversi
tatem huius seculi Sicut enim corpus quod corrumpitur aggravat
animam sic deprimit eciam terrena habitacio sensum multa
cogitantem Utrobique ergo cave a laqueo temptacionis
et quere arma iusticie a dextris et a sinistris Quintum
impedimentum est nostra ignorancia In multis enim oracio inter
dum habemus quod agere debeamus ita ut quid oremus sicut
oportet nesciamus Sextum impedimentum est adversarius
noster qui tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret
Atque utinam in sex tribulacionibus huius liberaremur ut
vel in septima non tanget nos malum nec apprehendet
nos periculum in falsis fratribus Utinam soli impugnaret
nos malignus spiritus cum suggestionibus suis et nichil no
ceret homines perniciosis exemplis sermonibus adulacionis
vel detraccionis atque aliis mille modis Videtis certe
quam necessarium sit ut adversus hec septem pericula
quibus impedimur septiformis sancti spiritus auxilio suble
vemur propterea enim septem quibus ab observancia decalogi
retardamur in luctu penitencie septuagesima presens agitur
Quando et reticetur interim alleluia solempne et humane trans
gressionis historia miserabilis ab exordio recensetur
Inmisit dominus soporem in adam Inmisit et in sepulcrum fratres
nimirum secundus adam sed est distancia forte non parva Ille
enim soporatus videtur per excessum contemplacionis Christus in
seracionis affectu Ut in illum soporem immiserit veritas
in hunc caritas cum utraque sit dominus Dicit enim Johannes deus
caritas est Et ipse dominus Ego sum via veritas et vita Sane
soporem Christi solius caritatis fuisse nemo dubitat vel
modicum christianus Si quidem accubuit ut leo non victus
plane sed victor potestatem propria ponens animam sopnum
mortis accipiens propria voluntate Ceterum qualis ille so
por fuisse credendus est vel dicendus quem inmisit dominus
in adam in quo sine sensu omnino doloris in mulierem edi
ficandam costa sublata est de latere dormientis Quippe
quidem non nisi in comutabilis veritatis intuitu et
abyssum divine sapiencie corporeis excedens sensibus
obdormisse videtur quod exeuns verbis continuo prorupit Redi
ens nimirum indicat quo abysset dum illud magnum sa
cramentum quod apostolus in Christo et ecclesia commendat protulit di
cens hoc nunc os ex ossibus meis et propter hoc relinquet
homo patrem et matrem et erunt duo in carne una Neque enim
quem arbitror fuisse soporem aut nostris similem sopniis
quos nec contemplacionis excessus sed infirmitatis defec
tus inmittit Quos nec veritas nec caritas sed necessitas
parit Grave siquidem iugum super filios adam non autem in
principio super adam Quid ne grave nobis quibus et
vivere labor est et ipse sensualitatis usus invenitur
onerosi adeo ut nequeat sustineri nisi alterna
requie foveamur Quid non labor et dolor et afflicto
spiritus ex omnibus que sub sole sunt quando et illud ei gra
vissimum est quo potissimum delectatur vegetacio scilicet
et sensificacio carnis Sane non simpliciter corpus sed corpus
quod corrumpitur aggravat animam ut in immune ab hoc gra
vamine primi parentis animam noveris extitisse donec
corpus adhuc gereret incorruptum Nimirum in liber
tate posuit eum deus ut inter summa et infima ver
sans et in illa excederet sine difficultate et adhec
sine illecebra et necessitate descenderet Illa penetrans
naturali vivacitate et diiudicans more presidentis
Denique adducta sunt animalia ad adam ut videret quid vo
caret ea et non ipse aliqua curiositate ductus est ut
ea videret Non sic in nobis libera racio sed ubique ei luc
tandum est Sic enim et ab infimis visco quodam capta
tenetur et a summis indigna repellitur ut neque ab

hijs sine dolore possit euelli nec ad illa sine magno ge
mitu hinc neppe vim faciunt qui querunt aiam meam
vt clamare necesse sit infelix ego homo quis me libera
bit de corpe mortis huius Nichilominus tamen et illic uni
tas z hic tenenda diuisio est Sicut z adam soporatus est
in gteplacoe z aialium nomina inposicione discreuit Sic
minime abraham in sacrificio non quidem volatilia sed aialia
legitur diuisisse Et martha erga multa turbatur cum
vnum sit necessarium et hec pars optima que non auferetur
Cessabit diuisio cum venit plenitudo Et erit tocius ci
uitatis uelud participacio in id ipm Interim spiritus sapie non
modo vnicus sed et multiplex est In tiora quidem i vnita
te solidans sed subiudicio exteriora distinguens vtique
tibi in pmi tua etiam comedatur qui multitudinis crede
cium erat cor vnum Et ne volatilia scinderent dinidebatur
ante singulis prout cuique opus erat Sit igitur etiam
in nobis carissimi vnitas mor vnita sint corda dilige
do vnum querendo vnum adherendo vni z id ipm invicem
senciendo Sic minime exterior diuisio et euadit piculum
et scandalum non inferet quia vnitas interior ipam
quoque multiplicitate colligit z gstringit caritatis glutino et
vinculo pacis Ad laudem saluatoris nri qui est sup oia.

Sermo bti bernardi In principio Quadragesime.

Hodie dilectissimi sacrum quadragesime tempus
ingredimur tempus milicie xpiane Non nobis
est singularis hec obseruacio vna omnium est qui
cumque in eandem fidei gueniunt vnitatem Quid
xpi ieiunium non ne commune est oibus xpianis
Quid nisi caput suum membra sequantur Omne enim quod patitur
ille pro nobis est Et si in ope salutis nre ei colaborare
piget in quo deinceps coadiutores nos exhibemus illi
Non est magnum si ieiunet cum xpo qui sessurus est ad
mensam patris cum xpo Non est magnum si gpatitur membrum
capiti cum quo et glorificandum est felix membrum quod hinc
pomina adheret capiti z sequitur illud quocumque ierit
Alioquin si forte abscindi separari que gtingat prinatur sta
tim necesse est spiritu vite Cuicumque enim capiti porcio
non coheret nec ei iam sensus aut vita Nec deerit qui
exposita occupet Germinabit rursum radix amaritu
dinis venenatum caput iterum pullulabit videbit gloria
si fuerit qui habeat reuelatos oculos cordis horrendum
omnino monstrum Corpus quidem hominis caput autem demo
nis habens Non solum autem sed etiam erunt nouissima hois
illius peiora prioribus Cum vipereum caput illud quod prius
fuerat amputatum non absque septem nequioribus
reuertetur Quis non solo gtremiscat auditu Abscissus
a corpore saluatoris sathane miser incorporabor Sit
procul a nobis semper execranda ista commutacio fres mei
Michi adherere deo bonum est o caput gloriosum z benedic
tum in secula sequar te quocumque ieris tu dolores
meos portas z prius transis per angustum passionis fo
ramen vt latum prebeas sequentibus membris ingressum
In capite siquidem plenitudo gracie de qua accepimus oes
In capite vniuersitas miseracionis In capite affluencia
tota spiritualis vngenti sicut scriptum est vnxit te deus
deus tuus oleo leticie pre participibus tuis hoc vnguentum quod
descendit a capite in barbam descendit z in horam
vestimenti vt ne minima quidem fimbria careat vnc
cione Ipm tamen quod pr tam copiose vnxit caput
quia quod vnge non vetur calumpniantur quidam disci
puli sed respondet pro ea veritas quia bonum opus sit ope
rata. Denique et nobis hodie quid precipit in euan
gelio Tu inquit cum ieiunauis vnge caput tuum
Mira dignacio spiritus dni sup cum eo quod vnxerit
cum et tamen euangelistas parentibus ait vnge caput
tuum Complacet sibi pr in filio et dum vox sonat

in ethere descendit spiritus in columba putatis fres quia
xpi babtismo crisma defuit quando manet spiritus dni sup
ipm z vnctum abeo quis dubitet hic est filius meus
dilectus pater enim diligit filium affectu vtique di
uino z in excepto omni creature vnxit in qua parti
cipibus suis acumulans sup eum vniuersa carismata
benignitatis mansuetudinis suauitatis habundancius
replens eum visceribus mie z miseracionis vnctum denique
misit ad nos que nobis exhibuit plenum gre et
pietatis Sic apte vnctum est caput nrm z nichilo
minus vngi postulat a nobis Cum ieiunauis inquit vn
ge caput tuum Ita ne aqua petit a riuulo fons
indeficiens petit sine dubio aut certe repetit ma
gis A fonte enim vnde exeunt flumina reuertuntur ut
iterum fluant Nam aqua fluminis si stare cepit putres
cet Sic gracia cessat decursus vbi recursus non fuerit
Nec modo nichil augetur in gratitudine sed quod acceperat ei
vertitur in perniciem vnge igitur caput tuum refundens
in eum qui sup te est quicquid in te est deuocionis quicquid de
lectacionis quicquid affeccionis vnge caput tuum vt si in
te est aliqua gracia referatur ad ipm nec tuam queras
gloriam sed ipius excremento sane ad ussus ypocritas hunc
precessisse sermone nolite fieri sicut ypocrite tristes Non
omnimoda nobis tristicia interdicit sed que in facie est
coram hominibus Alioquin cor sapientis vbi tristicia Et
paulum de discipulo gtristasse non piget pro eo quod gtrista
ti sunt ad salutem Non est talis tristicia ypocritarum
exterminant enim facies suas Tu autem cum ieiunas
vnge caput tuum z faciem lana Exterminant illi fa
ciem tu autem lauare iuberis Est autem facies que
in facie est guersacio hac fidelis xpi seruus lauat
ne offendiculum prebeat intuenti hypocrita magis
extenuat dum singularia z inusitata sectatur Nec
caput vngit cuius affeccio elongatur a xpo et va
nis fauoribus delectatur ideo dns ait amen di
co vobis receperunt mercedem suam Quia exterminant
facies suas ut appareant ieiunantes Vides quam
breui sermone ypocritas z singularitatis notat
et arguit vanitatis Vide etiam quam paucis et
coram deo suadet bona z coram hoibus providere
Vnge caput tuum z faciem lana hoc est sic te ire
prehensibilem foris exhibe ut diuinam tibi gci
liare studeas graciam et ante oculos humanos
non propriam queras gloriam sed auctoris. Potest tamen
alio modo lota facies gsciencia pura et vnctum caput
intelligi mens deuota Et si id probas ad usus dup
plex vicium quod maxime solet appetere ieiunantes hec
duo verba ablucionis z vnccionis dicta videntur
Alius enim ieiunat studio vanitatis z hinc dicitur fa
ciem tuam lana Alius ieiunat cum impaciencia et ran
core z hinc opus est ut caput vngat Est autem
caput istud mens interior que tunc vngitur in ie
iunio cum spirituali delectatur in eo An non tibi nouum
videtur ut dicamus caput vngi ieiunio Ego plus
dico etiam impinguatur Nunquam ne legisti quod scriptum est
ut alat eos in fame Est ergo ieiunium corporis capi
tis vnccio Et carnis inedia refeccio cordis Quo
ni dixerim vnccione que z medetur vulneribus
et exasperatas gsciencias lenit Emat igitur ypocri
ta ieiunio suo oleum peccatoris Ego meum interim
non vendo ieiunium Quia ipm in oleum est quo vn
gar Vnge caput tuum ne quid impaciencie subeat
Non solum autem sed et gloriamur in tribulacione sed absque omni
studio vanitatis ut sit etiam facies tua munda
ab oleo peccatoris.. Ideo dns per prophetam ait Con
uertimini ad me in toto corde vro in ieiunio et fletu

et plantu Quid sibi vult dilectissimi q precipit dns ut
zuertam ad eu vbiqz enim est oia replet et nichilominus
cplectitur vniuersa Quia me verta ut zuertar ad te dne
deus Si ascendero in celu tu illic es si descendero ad
infernum ades Quid iubes quo zuertar ad te sup an i
fra adextra an ad sinistra Consiliu istud est fres
mei secretu est q solis creditur amicis misterium
regni dei aplis reuelatur in aure Na turbis nichil
dr absqz parabola Nisi zuersi fueritis in quit et efficia
mini sicut paruulus iste no intrabitis in regnu celoz
Agnosco plane quid velit ut zuertamur Ad parvulu
zuerti necesse est ut discamus ab ipso qz mitis est et
humilis corde Quid tu inflaris o homo Quid extol
leris sine causa Quid altu sapis et oculi tui omne
sublime vident q tibi no cedet in bonu Excelsus si
quide dns et humilia respicit et alta alonge cognoscit
humiliare et apprehendisti hec plane lex pietatis et
propter hanc legem sustinui te dne Na si sublimitatis esset
via proposita Quanta facerent hoies ut exaltarentur Qua
crudeliter in vice sternerent in vice colluctarent Qua
inprudenter reperent manibus qz et pedibus conarentur
in altu ut ponerent sese hoies sup capita aliena Et
certe qui contendit sup gredi proximos multas inue
niet dificultates multos habebit emulos multos
pacietur contradictores Nichil vero facilius est volenti
quam humiliare semet ipsum hoc vbu est dilectissimi q
omnino nos reddit inexcusabiles Sz iam adhuc p
uulu ad mansuetudinis et humilitatis magistru quo
niam modo zuerti necesse est videamus Conuertimini inquit
ad me in toto corde vro fres si dixisset zuertimini nichil
addens esset vobis forssitam libe respondere factu e
ia aliud propone madatu Nuc ante spualis ut au
dio zuersionis nos amonet que no vna die pficitur
utinam vel in omni vita valeat consumari corporis
nempe zuersio si sola fuerit erit nulla Miser ho
qui totus pergens in ea que foris sunt et ignarus
in terior suorum putas se aliqd esse cu nichil sit
ipse se seducit Exteriore quippe sup ficie intuens
salua sibi oia suspicatur no senciens vme occulte
qui intra corodit Manet tonssura vestis mutata
est ieiunior regula custoditur statutis psallitur
horis sed cor longe est a me dt dns Atende solerter
quid diligis q metuas vnde gaudeas a contristeris
et sub hoc habitu religionis haninu seculare et
sub panis zuersionis inuenies cor puersu Totu enim
cor in hiis iiiior affectionibus est et de eis accipie
du puto q dr ut in toto corde tuo zuertaris ad dnm
Conuertatur igitur primu amor tuus ut nichil omnino dili
gas nisi ipsum aut certe propter ipsum Conuertatur etiam
ad ipsum timor tuus Quia puersus est timor omnis
si metuis aliqd preter eum a no propter eu Sit et gau
diu tuu et tristicia eque zuertatur ad ipsum hoc ante
ita fiet si no nisi scdm eu doleas aut leteris Est
enim puersu magis quam letari cu male feceris et
in rebus pessimis exultare Sz ea est que sm carne
est tristicia morte operatur Na si pro tuo vel proximi per
cato doleas bene facis et hec tristicia est ad salute
Si gaudeas ad gre munia hoc gaudiu sanctu est et
securu gaudiu in spu sancto debes et in dilectione xpi
fraternis congaudere prosperitatibus aduersitatibus condolere
sicut scriptu est Gaudere cu gaudentibus fle cu fle
tibus verum ne ipa quide corporalis est parui pedenda
zuersio quia spualis huius amminiculu nossitur esse non
paruu Inde est q dns cu dixisset in toto corde ad
didit protinus in ieiunio q utiqz corporis est Volo tamen
amonitos esse fres meo obseruandu ieiuniu non
abestis tantu sed ab omnibus illecebris carnis et vni

uerssa corporis voluptate ymo ieiunadu longe amplius
a viciis quam a cibis Sz est panis a quo vos ieiunare
nolo ne forte deficiatis in via Et si nescitis panem
dico lacrimarum vestrarum Sequitur in ieiunio et fletu et planctu
Exigit enim fletu a nobis penitencia preterite zuersacionis
et desideriu future beatitudinis Na si no plangis pla
ne no sentis aie uulnera consciencie lesione sed nec futura
satis gaudia concupistis si no cotidie postulas ea cum
lacrimis vestris Propheta ait Scindite corda vra et no vestime
ta vestra Quis in vobis est cuius voluntas cta vim
aliqd solet obstinacior inveniri Scindat cor suum gla
dio verbi dei Alioqn no est zuerti ad dnm in toto corde
nisi scisso corde hinc dauid propheta dicebat de peccato
ribus Coagulatu est sicut lac cor eorum ego vero
lege tua meditatus sum Inde enim cordis duricia
inde aie obstinacio quia meditatur quis no lege dni
sed propriam voluntate Scindamus ita qz corda nra dilecti
ssimi contus integra pro inde vestimeta seruemus vestes
enim nre virtutes sunt Bona vestis caritas bona ves
tis obediencia est Beatus qui custodit vestimeta sua
ut no ambulet nudus hec est vestis talaris et poli
mita quale a sancto patriarcha iacob accepit filius
qui preteris amabatur hinc nempe virtutu pseneracia
hinc zuersacionis pulcre discolor vnitas hec illa e
gloria filie regis in fimbriis aureis circu amicta va
rietatibus. Potest tamen et aliter hec scissio cordis
intelligi ut si quide peccatum fuerit scindatur ad con
fessionem si duru ad compassione Quid ni scindatur
cor ut visceribus afluat pietatis Quid ni scinda
tur vlcus ut sanies efluat utilis prorsus utraqz
scissio ut nec clausu lateat virus peccati in corde
nec indigenti proximo claudamus viscera misericordie
ut et ipi miam consequamur A dno nro ihu xpo Qui cum est supponi.

Item alius Sermo bti Bnardi de Quadragesima

Rogo vos dilectissimi tota deuotione suscipi
te quadragesimale ieiuniu Quod no solu ab
stinencia comedat sed multo magis sacra
mentu Na si deuote usqz modo ieiunauimus
utiqz sacro hoc tempe ieiunandu nobis est
multo deuocius Si quid enim additur ad solitu absti
nencie modu no debet nobis esse honerosu q ecclesia por
tat vniuersa nobiscu Hactenus usqz adnona ieiuna
uimus soli Nuc usqz ad vespam ieiunabunt nobiscu pa
riter vniuersi Reges et principes clerus et populus
nobiles et ignobiles simul in vnu diues et pauper
hec idcirco diximus fres ne forte quis turbetur
a pusilanimitate spus Et ieiuniu presens minori de
uocione suscipiat hoc enim potest laborat aduersarius
noster ut holocaustu nrm deuotionis pinguedine
vacuetur Cuius astucias no ignorantes tota obsecro
adverssus eum solicitudine vigilemus Et ut deuocio
ra sint nra ieiunia solicite nobis tocius ecclesie propona
mus exempla Sz quid de hiis loquor quos habemus
in hac ieiunii obseruatione consortes quasi no multo excelle
ciores habeamus in ea duces ymo consecratores Quanta
deuocione suscipiendu nobis est q a sancto moyse tanqz
hereditario iure traditur Cui speciali prerogativa prophetis
prerogativa facie ad faciem dns loquebatur Quanto
feruore est amplectendu q helyas ille comedat igneo
curru raptus in celu Iam vero si comedat ieiuniu
presens moyses et helyas quamuis magni tn consui nri
Quantu comedat illud ihus dns nr qui et ipse die
bus totidem ieiunauit Qualis est no dicam mona
chus sed xpianus qui minus deuote ieiuniu suscipit
q ei tradidit ipe xpus demqz tanto deuocius in
mitandu nobis est dilectissimi xpi ieiunatis
exemplu quanto cercius est propter nos ieiunasse.

nō ꝓpter se ipm̄ Jeiunem⁹ ergo carissimi et deuote ieiunemus
sacto hoc xlᵉ tempe ita sane ut nouim⁹ xlᵃᵐ nram nō so
lum xlᵃ dies habē Continuanda enī nobis est xlᵃ cunctis
diebus misere hui⁹ vite Errat plane qui paucissimos dies
istos ad penitētiā sufficē credunt cū totū vite hui⁹ spa
ciū gstet ad nil aliud institutū Quaerite dnm̄ ait ꝓpheta
nō solū xlᵉ diebus sʒ dū inveniri pt̄ invocate eū dū
ꝓpe est Verūtamē presenti xlᵃ maiori nobis est feruore
querendus que nō solū pars sʒ et sacramētū est toci⁹
temporis hui⁹ Ꝓptea si forte dieb⁹ ceteris studia vestra
tepuerat dignū est ut nūc in feruore spus recalescant
Quod si gula sola peccauit sola q̄ʒ ieiunet et sufficit Si
vō p̄cauit̄ et mēbra cetera cur nō ieiunent et ipa Jeiu
net ergo oculus qui deꝓdatus est aiam Jeiunet auris Je
iunet lingua Jeiunet man⁹ Jeiunet etiā aīa ipa Jeiu
net oculus a curiosis aspectibus et omni petulantia ut
bñ humiliatus cohereatur in penitētia qui male liber
vagabat̄ in culpa Jeiunet auris nequiter pruriens
a fabulis et rumoribus et quecūqʒ ociosa sūt et ad salu
tem minime ꝑtinētia Jeiunet lingua a detractione et
murmuratione ab inutilib⁹ vanis atqʒ scurrilib⁹ verbis in
terdū q̄ʒ ob grauitatē silencij et ab ipis que videri
poterant necessaria Jeiunet man⁹ ab ociosis signis et
ab opib⁹ omnib⁹ que nō sūt imperata Sʒ et multo magis
aīa ipa ieiunet a vicijs et ꝓpria voluntate sua Et enim
sine ieiunio hoc cetera a dnō reprobant̄ sicut scriptū
est Quia in dieb⁹ ieiuniorū vestrorū voluntates vre in
veniunt̄ Ideo dignū reor aliquatenus exponere quo
fructu et quē admodū oporteat ieiunare Primū qui
dem fres ꝑ eo q̄ ab ipis licitis abstinem⁹ ea nobis
que prius comisim⁹ illicita ꝯdonant̄ Quid vō est ꝯdo
nari comissa nisi ieiunio breui ieiunia redimi sem
piterna Gehenna enim meruim⁹ ubi null⁹ unqꝫ cib⁹
est Consolatio nulla tīmin⁹ nullus ubi guttā aqʒ di
ues postulat et accipē nō meretur Bonū ergo et salutare
ieiuniū quo redimunt̄ eterna supplicia dū remittunt̄
hoc modo peccata Nō solū autē obtinet veniam sed
etiā meretur grām Nō solū delet peccata ꝓterita que
commisim⁹ sʒ et repellit futura que comittē poteram⁹
Dicā vobis adhuc q̄ facile capiatis sepius nisi fallor
experti Jeiuniū orōni deuotionē et fiduciā donat Et
vide quemadmodū sibi in vicē ieiuniū et orō societ̄
Oratio virtutē impetrat ieiunandi Jeiuniū grām
meretur orandi Jeiuniū orōnē roborat Oratio sāc
tificat ieiuniū et dnō representat Quid enim nobis ie
iuniū ꝓderit si relinquat̄ in terra q̄ absit sublevetur
ergo ieiuniū penna quadā orōnis verū huic ne forte mi
nus sufficiat alteram quoqʒ necesse est sociari Oratio
iusti ait scriptura penetrat celos Sint ergo ieiunio nrō
ut facile celos penetret ale due orō et Justitia
que reddit unicuiqʒ q̄ suū est Noli ergo quasi so
lum atendē deum debitor enim es et platis et etiā
fratribus tuis nec multū deꝰ ut paruipendas quos ipe
nō paruipendit Sanctificate inquit ieiuniū vocate
cetū Quid est enim vocare cetū unitatē seruare di
ligere pacē fraternitatē amare Superbus ille phari
seus ieiuniū habuit qui bis in sabbato ieiunauit
sʒ nō vocauit cetū dicens nō sum sicut ceteri homi
ideo q̄ʒ ala una utens ieiuniū eius nō puenit in
celū Vos ergo fres carissimi lauate man⁹ vestras in
sanguine peccatoris Sanctificate vrm ieiuniū ut puna
intentio et deuota orō diuine illud offerat maies
tati vocate cetū ut ꝯseruat unitati Porro quia
de ieiunio et de iusticia aliqua diximus Dignū est
ut de orōne quoqʒ pauca loquamur hec enim quanto
efficacior est si fiat ut debet tanto callidius impedi
ri ab adūsario solet Jnterdū enim grauiter impedit̄
orō a pusillanimitate spus et timore inmoderato hoc
autē tunc solet fieri cū sic cogitat homo ꝓpriam in

dignitatē ut nō ꝯuertat oculos ad diuina benignitatē
Verūtamen sicut periculū est si fuerit orō nimis
timida Sic maius periculū est si forte fuerit teme
raria Nec hoc dico ut peccatorib⁹ auferā orandi fi
duciā sʒ volo eos orare tanqꝫ qui peccatū fecerint
nō iusticiā Orent ꝓ indulgētia peccatorū suorū in corde
ꝯtrito et spū humilitatis quemadmodū publicanus
ille deus inquit ꝓpicius esto michi peccatori Terciū
periculū est si sit orō tepida et sine affectione procedens
Timida quidē orō celū nō penetrat quia timor
restringit animū ut nō solū ascendere sʒ nec procedē
queat Tepida vō in ascensu languescit et deficit
eo q̄ nō habeat vigorē Nā temeraria ascendit
et resilit resistit̄ enim ei et nō solū nō obtinet
grām sʒ meretur offensam Que vō fidelis et hu
milis et feruens orō fuerit celū sine dubio penetra
bit vnde certū est q̄ vacua redire nō possit Verūtm̄
quocies de orōne loquor v̄ba quedā humane cogi
tationis audire mihi videor Quid enim est q̄ licet
inqua ab orōne cessem⁹ vix aliqua aliquis fructus
inde orōnis videtur Nā sicut ad orōnem accedim⁹
sic et redire videmur Nemo nobis respondet
verbū Nemo quidquā donat sʒ laborasse videm̄
in cassum Sʒ quid dt̄ in euangelio dns Nolite scdm
faciē iudicare sʒ iustū iudiciū iudicate Quod est aūt
iustū iudiciū nisi iudiciū fidei quī iustus ex fide
viuit ergo iudiciū fidei sequere et nō experimētū
tuū quī fides quidē verax sʒ experimentū fallax
Que est ergo veritas fidei nisi q̄ promittit ipe filius dei
Quid q̄ orantes petitis credite q̄r accipietis et
fiet vobis Nemo vestrū fres paruipendat orōnem
suā dico enim vobis quia ipe ad quē oram⁹ nō par
uipendit eam prius quā egressa sit ab ore nrō ipe
eam scribi iubet in libro suo et unū de duobus
sperare indubitanter possum⁹ quī aut dabit q̄
petim⁹ aut q̄ nobis nouit esse utilius Nos enim
quid orem⁹ sicut oportet nescim⁹ sʒ miseret̄ ille
sup ignorantia nrā et orationē benigne suscipiens
q̄ nobis aut omnino nō est utile aut nō tā cito
dari necesse est minime tribuit oratio tamē in
fructuosa nō erit Jta sane si fecerim⁹ q̄ mone
mur in psalmo id est si delectem̄ in dnō ait enim
sanctus dauid Delectare in dnō et dabit tibi peti
tiones cordis tui Sʒ quid est o ꝓpheta q̄ tā ab
solute mones delectari in dnō ac si ad manū no
bis sit hui⁹ modi delectatio delectatorē tibi sopni
quietis et ceterorū que in terra sūt nouim⁹ deus
autē quā delectationē hʒ ut in eo delectem̄ fres
mei seculares hoc dicere possūt vos nō potestis
Quis enim vrm est qui nō sepe expertus sit ꝯscie
bone delectationē qui nō gustauit saporē castita
tis humilitatis caritatis Nō est hec delectatio tibi
neqʒ potus aut similis cui⁹ q̄ʒ rei delectatio tua
est et maior oibus illis Diuina enim est et non
carnalis delectatio et cū in hijs delectam̄ plane
delectam̄ in dnō Sed fortasse causat̄ multi
q̄ affectū huc delectabilē et dulcorē sup mel
et fauū rarius experiant̄ Nimirū quia tempta
tionib⁹ interim exercetur multo q̄ʒ virilius
agunt si v̄tutes ipas nō ꝓ delectatione sʒ ꝓ vir
tutib⁹ ipis et ꝓ solo beneplacito dei tota intētio
ne et sine tota affectione sectant̄ Nec dubiū quī
optime ꝯpleat qui hui⁹ modi est ꝓphe ammonitionē
quā dt̄ delectare in dnō quī nō de affectu loqt̄
sʒ de exercicio Affectus enim ille beatitudinis est
exerciciū vō v̄tutis Sʒ ꝯsidera q̄ dt̄ dabit tibi
petitiones cordis tui quas approbat iudiciū rōis

Nec habes vn causeris s3 vn magis toto affectu in gratia-
cione versseris Quado quidem tanta sup te cura
est deo tuo ut quocies ignoras queris q tibi in utile
est no te audiat sup hoc s3 mutet illud utiliori dono
Sic et pr carnalis puulo quenti pane libenter pori
git quenti cultellu que no necessariu putat no gse
tit s3 magis ipe pane ei que desiderat frangit porro
peticones cordis in tribus credo gstare Nec video q
preter illa electus quisq3 sibi debeat postulare dno
quide pntis tempis sut bona corpis z bona aie tercia
vo est beatitudo vite eterne Verutame p necessita
tibus aie orandu nobis est frequencius z ferue
cius id est p optinenda gra dei aie q3 virtutib9 qua
p bonis corpis eo q sut trassitoria Sit et p vita etna
tota pietate et toto nobis orandu est desiderio vbi
nimiru z corpis z aie plena z pfecta est beatitudo
In hijs g° trib9 ut cordis petitones sint tria nobis
sut obsuada Na et in pima quide sup fluitas et
in secunda in puritas et elacio in tercia sub ripe so
let in tercia No vmq3 em tepalia solet queri ad vo
luptatem virtutes ad ostentatoem s3 et vita etna
fortassis aliqui no in humilitate querut s3 tanqua
in fiducia meritoz Nec hoc dico qn accepta gra
fiducia donet orandi s3 no optet ut in ea gstitu
at quisqua fiducia in petracio hoc solu gferunt hec
pima dona ut abea ma que hec tribuit sperent
ecia ampliora Sit g° oracio que p tepalib9 est c
ca solas necitates restricta Sit oro que p virtuti
bus aie est ab omi in puritate munda et circa solu
beneplacitu dei intenta Sit ea que p vita etna
est in omi humilitate p sumens de sola misacoe diuina
Maxie vo hoc sacro tempe in omi obsecro puritate
gussari studeamus vbi et certus z breuis dierum nus
positus est ne desperet humana fragillitas conemur
ante hoc breui dierum nro omes alioz tepoz negli
gencias emendare ut vel sic gustemus dulcedine
pfecte puritatis Conemur g° fres sacru hoc tep9
tota deuocione suscipe z nuc magis arma spua
lia repare Nuc em generali quodam totus orbis
exercitu contra inimicu saluator ggredit Beati
qui sub tali duce streune militarunt Toto siquidem
ano domestica familia regis militat et assidua e
in belloz pcinctu Semel aute z certo tempe vniuersu
i periu generali gggat exercitu Felices vos qui do
mestici meruistis esse quibus dt aplus Ia no estis hos
pites z ad vene s3 estis ciues sactoz z domestici dei
Quid g° facturi sut qui toto ano pugnare sustenut
cu z ipi rudes z vacantes pns spualia arma arripiut
utiq3 solito amplius opus est in sistere pugne ut ma
gna queda victoria regi nro ad gliam et nobis p
ueniat ad salute prestante dno nro ihu xpo Amen

Smo Beati Bnardi In natali Sci Benedicti Albis



Conuementibus nobis in vnu ad
audiendu verbu salutis magnus in
timor fres mei Ne quis forte mi
nus digne illud recipiat et non
sicut recipiendu est verbu dei
Scio em terram que sepius sup ve
mente in se recipit imbrem Si fructu no fecerit
reprobam fore et pxima maledicto At ego utiq3
si possem benedictones illi dare velle et non
maledictones Imo vero ipam benediccoz celestis
patris nostri no mea qua tame vos dignante
accipitis quide p os meu opto vobis benedictio
nem manere semp nec i malediccione posse mu
tari · Celebramus hodie magistri nostri gloriosi
Benedicti natale pro eo nobis et de eo solepnis smo
ex more debet Cuius dulcissimu nomen cu omi no
bis iocunditate amplectendu est z honorandu Qm
ipe dux nr ipe magister z legifer nr est Delector
quidem et ego i ipius memoria licet no sine meo ru
bore beati huius patris nome audia noiari Est em
michi de ipius imitacone vobiscu seculi abrenunccia
cio z monastice pfessio disciplme s3 singulariter
sine vobis cu eo pticipo nome abbatis Abbas fuit
et ego o Abbas z Abbas o lumen nome s3 in altero
sola magni nois umbra c ministeriu vnu s3 heu me
qua dissimiles ministri quantu ministracio ipa dissimi
lis Ve mi si tam longe ate fuero bte benedicte in futuro
qua ame vestigijs sanctitatis longe esse reperior
in pnti Sz no michi hoc apud vos p orare necesse est
Scio q scientib9 me loquor tantu peto ut pudore
huc z timore meu fraterna compassione leuetis Cu ty
omino dispenssacio in credita est z si no habeo apud
me q vobis apona Querite a beato benedicto tres pa
nes quib9 vos passcat Reficiat vos sanctitas eius
iusticia eius pietas eius Recolite dilectissimi q pro
omes qui i pcessione dni fuerunt sua illi pstraunt
vestimenta In illa in qua pcessione qua nunc cu dno
in pximo sumus celebraturi cu venienti ad passioz
et sedenti sup asellu populi occurrerunt no omes ves
timenta sua psternebant in via s3 cedebant aliqui ra
mos de arborib9 No erat hoc magnu q gratis ac
ceperant gratis dabant verutame ne ipi quide pe
nitus ociosi fuerunt s3 nec a pcessione leguntur expul
si fres mei pnc xpi iumentu qui cu pphā dice potes
tis ut iumentu factus su apud te z ego semp tecu
vos quib9 in sidet xpus cu aia iusti sedes est sapie
et aplus xpm p dicat dei virtute z dei sapiencia Si
vestes no habeo quas pedib9 vris psterna tēptabo
vel ramos cede de arborib9 ut tante pcessioni vel
parum aliquid no desit ministerij mei Arbor fuit bts
Benedictus grandis et fructifera tanq3 lignu q pla
tatu est secus decursus aquaz Vbi sut decursus aqz
pfecto in vallib9 quia inter mediu moncium ptransibunt
aque Quis em no videat ecia hos torentes mon
cium ardua declinare et media ad humilitate semp
discutere vallis Sic pfecto deus supbis resistit hu
milib9 aute dat graciam Securus hic fige pedem qui
cuiq3 es iumentu xpi sup hūc ramum i intere semita
vallis in cede Nimiru in monte sedem sibi gstituit
serpens antiquus mordens vngula equi ut cadat as
censsor eius retro ppterea valle magis eliget ad pla
tandu Neq3 em vel in serendis arborib9 montana
solemus eligere q frequenter arida sint et petrosa
In vallib9 pinguedo est ibi pficiunt plante ibi plena
spica ibi centesimus oritur fructus iuxta illud z valles
habundabunt frumento Audis quia ubiq3 vallis lau
datur ubiq3 humilitas p dicatur Ibi plantate vbi de
cursus aquaz quia ibi copia gre spualis z aque
sup celos laudant nome dni id est celestes benedic
tiones faciunt ut laudetur Stemus in hac carissimi et
plantati stemus ut no arescamus no moueamur quo
cuiq3 flatu Sicut scriptu est Si spus habetis potes
tatem sup te ascenderit locu tuu ne deseras Nulla em
vobis temptacio pualebit si no ambuletis i magnis
et mirabilib9 sup vos Sed pmaneatis firmis radi
cibus in humilitate radicati atq3 fundati Sit planta
tus secus decursus aquaz Sanctus iste gfessor dni benedictus

fructu͂ suu͂ dedit in tempe suo Sunt eni qui fructu͂ non
faciunt sunt qui faciunt sz no in tempe suo Sunt in quam
arbores infructuose ut quercus et ulmus et alie silues
tres arbores sz huius modi nemo plātat in ortu suo qz
no faciunt fructu et si que faciunt no humano esui aptus
est sz porcino Tales sunt filij huius seculi agentes in co
mesatonibus et ebrietatibus in cubilibus et inpudicicijs
hic namqz porcorum cibus sunt eorum quos iudeus verus phi
betur comede qz eis xpianus no debet adhere Sicut
eni caro porcina cu comedit vere adheret carni ut
iam sit una caro Sic trasgressor pcepti dni spur
cos spus sociat et adherendo eis unus cu eis efici
tur demonum Na idcirco et in sacrificijs phibet aial illud
offerri qz spurcos spus i inmūdos qz designet qui relicta
oim inmundicia solis sibi i spurcicijs oplacentes vicorum
et crimium semp sterno delectant et volui unde et in euage
lio legio illa maledicta du eiceret ab hoie taqua
simile sibi aial porcos postulat nec negat His fruc
tu ferunt arbores infructuose ad quarum radices secu
ris iam posita videt Arbores aute que fructu faci
unt sz no suo ypocrite sunt Cu symone cyreneo cruce
portantes no sua cum religiosa i tencione carentes
angariantur et que no amat amore glorie qz deside
rant facere opellunt Na in eo qd dr in tempe suo ar
guunt quida ante tempus fructificare volentes Non
ne eni et arboribus inris cicius qua opteat pullula
tibus timemus omnino floribus in tepestiuis Sic sunt
aliqui quorum fructus qz nimis ppere nimis pfecte oriunt
hij sunt qui i inicio oūsionis ab his otinuo velle fruc
tificare psumunt Contra legis decreta arare i pmoge
nito bouis et oues pmogenita tondere festinantes
Vultis nosse qua solicite id vitauerit sactus iste
magister vester Et huc ramu vobis apono annoiaz
tribus annis soli deo notus hoibus mansit incognitus
fructu quide multu atulit ut ipi cernitis sz in tepe
suo Neqz eni credebat tepus esse fructificandi qn ta
ta carnis teptacione granatus est ut pene cederet
pene discederet Ego eni nec istu quide ramu pre
teribo cum et si vssutus qdamodo spinarum aculeis
quibus se ipm dni benedictus iniecit tamen utilis est
omino utilis iumento dni pter foueas teptacoini
ne in eas incidat osenciendo sz magis resistat et
viriliter agat sustineatqz dnm ne desperet hic
ergo fige pedem iumentu xpi et disce quatumcuqz
acerba teptacio seuiat no crede te ppterea derelic
tu esse adno sz memineris scriptu esse in voca me i
die tribulacōis eruā te et honorificabis me Ergo
ut dicere cepera no credebat btus Bndictus tunc
esse fructificandi tempus qn adhuc tantis teptacōibus
urgebatur Sed venit tempus et in tempore suo fecit
fructu De fructu eius sunt tria illa que superius
tetigi Sactitas eius Justicia eius pietas eius.
Sactitate miracula probāt doctrina pietate vita
iusticia Vides o iumentu xpi ramos folijs virentes
vernantes floribus honestos fructu Sup istos i in
tere ut gressus rectos facias pedibus tuis Sz quo
do tibi apono eius miracula Nunqd ut miracula facere
velis nequaqm sz ut miraculis eius imitaris vide
licet ut ofidas et gaudeas qd sub tali pastore posi
tus es qi tantu meruisti hre patronū omino eni
valde potens est in celis qui ta potes extitit in terris
sedm magnitudine grē magnitudine glorie exaltatus
Na et iuxta radicu quatitate ramū pdire nosciuntur
Et quot radicibus arbor innititur tot ramis sicut

aiunt decorat Sit ergo licet no habeamus nra conso
lacio esse nobis magna debet patroni nri miracula
doctrina vero instruit nos et dirigit gressus nros i via
pacis porro vite eius iusticia oio roborat et acuit
nos ut tanto magis accedamus ad agenda que docuit
quanto certi sumus eu no alia docuisse qua fecerit
sermo quide viuus et efficax exemplu operis est plurimum
faciens suadibile qd dr du monstrat factibile qd suadetur
Inhunc g° modu Sactitas ofortat pietas infor
mat Justicia ofirmat Quante eni pietatis fuit qui
no solu psentibus pfuit sz eciam pfuturis solicitus
fuit Non solu hijs qui tunc erant fructu atulit hec
arbor sz usqz hodie fructus eius et crescit et manet
dilectus plane adeo et hominibus Cuius no sola presencia in
benedictione fuit Sicut sunt multi soli deo dilecti qz
soli deo iam cogniti sz et memoria eius eciam nunc in be
nedictione est Na et usqz hodie confitetur triplici amoris dni
ti ofessione Triplici hoc fructu pascit dni grege
pascit vita pascit doctrina pascit et intercessione p
qua incessanter admitti fructificare et vos carissimi
qui in hoc positi estis ut eatis et fructu afferatis
unde catis vtiqz a vobis ipis sicut scriptu est a vo
luptatibus tuis auertere Na et de dno legimus qd exijt
seminare semen suu Ecce et hic habemus semen
suu sicut et prius fructu suu primitem fres et huc
monstrauet Fortassis et ipe dns arbor est Et debe
mus abeo quoqz ramos accipe quos vestris pedibus
aponamus Immo no fortasse sz magis nunc arbor est
ipe et planta celestis sz in terris plantata sicut scrip
tu est Veritas de terra orta est Abeo igitur hunc ra
mu vobis apono ut sicut se ipm exinaniuit hoc
ipm senciatis in vobis Nisi qz no tam ego apono
qua aplus apunt que legistis hoc sentite i vobis
qd et in xpo ihu Cum cu in forma dei esset no rapi
na arbitratus est esse se equale deo sz semet ipm
exinaniuit forma serui accipiens et habitu i ventus
ut homo Et vos fres carissimi exinanite vos et
humiliate vos Seminate vos pdite vos Seminate cor
pus aiale et resurget corpus spuale pdite aias vras
et in vita eterna pnabitis eas Vultis nosse quomodo id
fecerit aplus ipe qui docuit Siue mente excedimus
deo siue sobrij sumus vobis Quid ergo tibi Ego igit
factus sum tamqm vas pditu Bene se ipm pdit qui
nichil umqm pro se facit sz ois eius intencio et omne
eius desideriu tendit addei placitu et utilitate
fratrum suorum Infelix eni qui seminat i carne qz de
carne metet corrupcione Alibi vero scriptu est Bti
qui seminat sup omes aquas Sz quomodo sup omes
aquas et forte sup eas dequibus legitur et aque
que sup celos sunt laudet nome dni que sunt vir
tutes angelice et celestes populi Ita plane qm
spectaculu sumus et angelis et hoibus seminemus
igitur hominibus boni pxapta opa seminemus ange
lis gaudiu magnu pocculta suspiria et cetera huius
modi que solis eis sunt nota Gaudiu est enim
angelis dei sup uno peccatore penitenciam agente
hinc dicebat aplus prouidentes bona no tantu
cora deo sz eciam cora hominibus Cora deo dixit cora
eis qui multu eius asistunt Ipis eni maxime pla
cet cu nos vident occulte orantes aut ruminantes
psalmu aliquem vel tale aliquid facientes Sic semina
te et vos sic fructificate carissimi Sciate et vos qz
multi ante vos seminauerunt fructificate qz vobis
seminauerunt O genus adam qua multi seminauerunt
in te et quam pciosum semen Crua male pibis

et qua merito si perierit in te tantu semen simul
et seminancium labor cui perdicioni traderis ab agro
la si in te perierint hec vniuersa Seminauit in terra nra
tota trinitas seminauerunt angeli pariter et apli seia
uerunt et martires confessores et virgines Seiamit et filius
ipe est qui exijt seminare seme suu pater enim non exijt
sed filius apatre processit et venit in mundu ut qui prius
erat cogitacio pacis in corde patris fieret pax nra
in vtero matris Seminauit et spus sanctus quia et ipe venit
et apparuerunt discipulis dispertite lingue tamquam ignis
Ita tota trinitas seminauit pater scilicet pane de celo
filius veritate Spus caritate Angeli quoque seminauerunt qui
cadentibus alijs ipi steterunt dixit enim lucifer ille
iam non lucifer sed tenebrifer et vesperus Sedebo
in monte testamenti et similis ero altissimo o imprudens
o imprudens milia milium ministrabant ei et decies cente
na milia assistebant et tu sedebis Cherubin ait propheta
stabant et non sedebant Quid laborasti ut ea sedeas
Omnes amministratorij spus sunt propter eos qui heredita
tem capiunt salutis et tu sedebis Quid seminasti ut
iam metas Non est tuum hoc sed quibus paratu est a
patre Quid eis invides profecto ipi sedebunt ipi in
qua vnitauli terre iudicantes sedebunt et tu non mo
do non stabis sed iudicandus astabis Nescitis aplus
quia et angelos iudicabimus Ipi vtique ibant et flebant
mittentes semina sua venientes autem venient cum
exultacione portantes manipulos suos Ono manipu
li sunt quos queris honoris et quietis Sessionem
affectas et altitudinem sed non sic non sic non colliges
quia non seminasti Qui seminauerunt laborem et vilitatem
metent honorem pariter et quietem pro confusione enim sua
duplici et rubore in terra sua duplicia possidebunt
vnde dicebat quidam vide humilitatem meam et laborem meum
hodie audistis in euangelio promittentem dnm et dicentem
discipulis sedebitis super sedes xij iudicantes duodecim
tribus israel Ecce quies sessionis et honor iudicij Nam
et ipe dns ad hoc noluit peruenire nisi per humilitatem
et laborem vnde et morte turpissima condempnatus est inter
rogatus tormentis et obprobrijs saturatus vtique ut i
nimicus in duatur confusione ipe pariter et omnes qui
imitantur eum et pretergrediuntur viam Ipe est enim
ique qui sessurus est in sede maiestatis similis alti
ssimo et coaltissimus ei hoc vtique cogitauerunt ange
li sancti qui cadente maligno apostasie non consense
runt nobis relinquentes exemplum ut quemadmo
dum ipi elegerunt ministrare sic et nos faciamus Nam
et qui laborem fugiunt honorem captant illum se noue
runt imitari qui sessionem altitudinis quoque quesiuit
et si non satis terret eos illius culpa terreat vindicta
Omnia enim in contrarium deuenerunt ut formatus sit ad
illudendum ei et ignis eternus paratus est illi ad hec
vitanda prudenciam nobis seminauerunt angeli sancti
qui prius eam alijs cernentibus tenuerunt Sed et apli
hanc ipam seminauerunt nobis qui recedentibus hijs qui
sapienciam huius mundi sequebantur que est stulticia
apud deum et prudencia carnis que morte operatur
et inimica est deo ipi dno adheserunt Scandalisati
enim illi audientes de sacramento carnis et sanguinis
ultra non erant cum eo discipuli vero interrogati an
et ipi vellent abire dixerunt Ad quem ibimus verba
vite eterne habes Necesse habemus fratres hanc pru
denciam imitari Quia multi adhuc cum ihu ambu
lant donec veniatur ad edendam eius carnem
et bibendum sanguinem illius ad communicandum scilicet pas
sionibus eius hoc enim et verbum illud et ipm sacra
mentum significat Exeunt autem scandalisantur et
abeunt retro dicentes quia durus est hic sermo

Nos cum aplis prudentes simus et dicamus dne ad quem ibi
mus verba vite eterne habes Non discedimus a te et viuifica
bis nos Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod pro
cedit de ore dei Non solum mundus habet delectaciones sed
multo magis est in verbis tuis vnde et propheta Quam dulcia
faucibus meis eloquia tua super mel ori meo Ad quem igitur
ibimus verba vite eterne habes o dne et ea sunt super
omnia que mundus potest habere Non solum ipa vita sed pro
missio vite eterne et expectacio iustorum leticia et tanta
leticia ut omne quod concupiscitur ei non valet comparari hanc
ergo prudenciam nobis apli sancti seminauerunt. Marti
res vero manifestum est fortitudinem seminasse Porro
Confessores seminauerunt iusticiam qua in omni vita sua
secuti sunt hoc enim interest inter martires et confesso
res quod et inter petrum simul omnia relinquentem et abraham
substanciam mundi in bonos vsus expendentem Sic enim
illi consummati in breui expleuerunt tempora multa Isti
vero longa et multimoda contraxere martiria. Virgi
nes sancte planum est quod temperanciam seminauerunt que sic
libidinem calcauerunt ob amorem xpi Quum est vndecunque ista.

Sermo sti Bernardi de Annunciacione Ste Marie virginis

Ut inhabitet gloria in terra nra misericordia et veritas
obuiauerunt sibi iusticia et pax osculate
te sunt Gloria nra hec est ut ait aplus
testimonium consciencie nre Non quidem tale testio
nium quale superbus ille phariseus habebat Seducta
et seductrice cogitacione testimonium perhibens de se ipo
et testimonium eius verum non erat Sed cum spus ipe testi
monium perhibet spiritui nro Porro hoc testimonium in tri
bus consistere credo Necesse est enim primo omnium credere
quod remissionem peccatorum habere non possis nisi per indulgen
ciam dei Deinde quod nichil prorsus habere queas operis
boni nisi et hoc dederit ipe. Postremo quod vitam eternam
nullis potes operibus promereri nisi gratis detur et
illa Quis enim potest facere mundum de inmundo conceptum
semine nisi qui solus es mundus vtique quod factum est non
potest non fieri ipo tamen non imputante erit quasi non
fuerit ex propheta quoque considerans ait Beatus vir cui
non imputabit dns peccatum De operibus quoque bonis cer
tum omnino est quod nemo ea habeat a se ipo Nam si stare
non potuit humana natura adhuc integra quanto mi
nus poterit per se ipam resurgere iam corrupta Certu
est ad sua origine vniuersa quantum in eis est tendere
et in ea semper parte esse proclimora Sic et nos quia
de nichilo creati sumus constat quia si nobis ipis relinqui
mur in peccatum semper quod nichil est declinamus Iam
vero de vita eterna scimus Quia non sunt condigne passio
nes huius temporis ad futuram gloriam Neque enim sunt talia
hominum merita ut propter ea vita debeatur eterna ex iure
aut deus iniuriam aliquam faceret nisi eam donaret
denique quis melior propheta et tamen ipe habuit necesse
dicere deo Non intres in iudicium cum seruo tuo quia non iusti
ficabitur in conspectu tuo omnis viuens. Verum hec que modo
diximus non omnino sufficiunt sed magis inicium quoddam et
velud fundamentum fidei sunt habenda Ideo quoque si credis
peccata tua non posse deleri nisi ab eo cui soli pec
casti et in quem peccatum non cadit bene facis sed adde
adhuc ut et hoc credas quia per ipm tibi peccata
donantur hoc est testimonium quod perhibet in corde nro
spus sanctus dicens Dimissa sunt tibi peccata tua Sic
enim arbitratur aplus iustificari gratis hominem per fidem
Ita de meritis quoque si credis non posse haberi nisi per ipm
non sufficit donec tibi perhibeat testimonium spus
veritatis quod ea habes per illum Sic et de vita eterna
habeas necesse est testimonium spus quod ad ea dimo.

sis munere puecturus Ipse enim peccata condonat ipse donat
merita et premia nichilominus ipse redonat porro testio
nia ista credibilia facta sunt nimis Nam de remissione pec
catorum validissimum teneo argumentum dominica passione vox
siquidem sanguinis eius iam valuit multo plus quam vox sangui
nis abel clamans in cordibus electorum remissionem omnium pec
catorum De bonis autem operibus argumentum nichilominus effi
cax iam est resurrectio eius Quia resurrexit propter iustifi
cationem nostram porro de spe premiorum testimonium est eius
ascensio quia ascendit propter glorificationem nostram Sit ergo
inhabitat gloria hec eciam hic in terra nostra si misericordia et
veritas obviaverunt sibi et sese pax et iusticia osculentur
preveniente si quidem misericordie compunctionis et veritas confe
sionis nostre occurrat necesse est Ac deinde sanctimonia sec
tentur et pacem sine qua nemo videbit deum Ubi enim compu
gitur quis iam tunc eum misericordia prevenit sed nequaquam ingre
dietur donec ei veritas confessionis occurrat peccavi domino
ait ipse david ad nathan propheta cum de adulterio et homi
cidio argueretur Et dominus abstulit peccatum tuum a te ait
propheta Nimirum misericordia et veritas obviaverunt sibi Et hoc quidem
ut declines a malo Iam vero ut facias bonum in tympano
tibi et choro psallendum est ut ipsa mortificacio carnis
tue et penitencie fructus ac iusticie opera in unitate et
concordia fiat quoniam unitas spiritus vinculum est perfectionis
Sane quisquis ille est in quo misericordia et veritas obviaverunt
sibi iusticia et pax osculate sunt Secure glorietur sed glo
rietur in eo qui sibi testimonium perhibet in spiritu utique veri
tatis ut inhabitet gloria in terra nostra Si gloria patris filius
sapiens liquet perfecto gloriam patris christum dei virtutem
et dei sapienciam esse Quia ergo multifarie multisque modis de ipso
predictum fuerat in prophetis quod in terris videndus foret et in
ter homines conversaturus Impletis que de eo dicta fuerant
habitavit gloria in terra nostra ac si manifeste dicat Ut
verbum caro fieret et habitaret in nobis misericordia et veritas ob
viaverunt sibi Magnum sacramentum fratres et diligencius perscru
tandum perdidit misericordiam primus homo cum sit exar
sit eva in concupiscencia sua ut nec sibi nec viro nec filiis
parceret nascituris privatus est eciam veritate cum
adam veritatem erubuit confiteri voluntaria excusacionum
operimenta pretendens pacem quoque protinus et iusticiam amise
runt Quia non est pax impiis dicit dominus. Ex hoc sane
